Aristotelis Ethica

Aristote-
lis Lib.
Ethicoru
cum com-
ment.
[illegible]



Omnis ars et omnis doctrina similiter autem et actus et electio bonum quoddam appetere videtur. Ideo bene enunciaverunt bonum quod omnia appetunt. Differentia vero quedam videtur finium. Hii quidem enim sunt operationes, hii vero preter has opera quedam. Quorum autem sunt fines quedam preter operationes, in hiis meliora existunt operationibus opera. Multis autem operationibus entibus et artibus et doctrinis multi fiunt et fines: medicinalis quidem sanitas, navifactive vero navigatio, militaris vero victoria, yconomice vero divitie. Quecumque autem sunt talium sub una quadam virtute, quemadmodum sub equestri frenifactiva et quecumque alie equestrium instrumentorum sunt; hec autem et omnis bellica operatio sub militari; secundum eundem utique modum alie sub aliis. In omnibus utique architectonicarum fines sunt desiderabiliores hiis que sunt sub ipsis; horum enim gratia illa prosequuntur. Differt autem nichil operationes esse fines actuum aut preter has aliud quoddam, quemadmodum in dictis doctrinis. Si utique est aliquis finis operabilium quem propter se ipsum volumus, alia vero propter illum, et non omnia propter alterum desideramus (procedit enim sic in infinitum, ut sit vacuum et vanum desiderium), manifestum quoniam hic utique erit bonum et optimum. Igitur et ad vitam cognitio ipsius magnum habet momentum, et quemadmodum sagittatores signum habentes magis utique adipiscentur quod oportet. Si autem sic, temptandum figuraliter accipere illud quid quidem est et cuius disciplinarum aut virtutum. Videbitur autem utique principalissime et maxime architectonice esse. Talis autem utique et civilis apparet. Quas enim esse debitum disciplinarum in civitatibus et quales unumquemque addiscere et usquequo, hec preordinat. Videmus autem et pretiosissimas virtutum sub hac existentes, ut puta militarem, yconomicam, rethoricam. Utente vero hac reliquis practicis disciplinarum, amplius autem lege ponente quid oportet operari et a quibus abstinere, huius finis complectitur utique eos qui aliarum. Quare utique hic erit humanum bonum. Si enim et idem est uni et civitati, maius quod et perfectius quod civitatis videtur et suscipere et salvare. Amabile quidem enim et uni soli, melius vero et divinius genti et civitatibus. Methodus quidem igitur hec appetit, civilis quedam existens. Dicetur autem utique sufficienter si secundum subiectam materiam manifestetur. Certitudo enim non similiter in omnibus sermonibus querenda, quemadmodum neque in conditis. Bona autem et iusta de quibus civilis intendit, tantam habent differentiam et errorem ut videantur lege sola esse, natura autem non. Talem autem errorem quendam habent et bona, quia multis contingunt detrimenta ex ipsis. Iam enim quidam perierunt propter divitias, alii vero propter fortitudinem. Amabile igitur de talibus et ex talibus dicentes grosse et figuraliter veritatem ostendere, et de hiis que ut frequentius et ex talibus dicentes talia concludere. Eodem utique modo et recipere debitum unumquodque dictorum. Disciplinati enim est in tantum certitudinem inquirere secundum unumquodque genus in quantum rei natura recipit. Propinquum enim videtur et mathematicum persuadentem acceptare et rethoricum demonstrationes expetere. Unusquisque autem bene iudicat que cognoscit, et horum est bonus iudex. Simpliciter autem qui circa omnia eruditus. Ideo politice non est proprius auditor iuvenis. Inexpertus enim eorum que secundum vitam actuum; rationes autem ex hiis et de hiis. Amplius autem passionum secutor existens inaniter audiet et inutiliter, quoniam finis est non cognitio sed actus. Differt autem nichil iuvenis secundum etatem aut secundum morem iuvenis. Non enim a tempore defectio sed propter

passiones uiuens et persequi singula. talibus .n. inutilis cognitio fit quemadmodum incontinentibus. Secundum rationem autem desideria facientibus et operantibus multum utique utile erit de hys scire. Et quid de auditore et qualiter demonstrandum et quid proponimus prohemiata sint tanta.

Dicamus igitur resumentes quoniam omnis cognitio et electio bonum aliquod desiderat quid est hoc quod dicimus ciuilem desiderare et quid est omnium operatorum summum bonum. Nomine quidem igitur fere a plurimis confessum est. felicitatem .n. et multi et excellentes dicunt. bene uiuere autem et bene operari idem estimant ei quod est esse felicem. De felicitate autem quid est altercantur et non similiter multi sapientibus tradiderunt. hij quidem .n. apparentium quid et manifestorum. ut puta uoluptatem aut diuicias aut honorem. alij autem aliud. Frequenter autem et idem ipse alterum. egrotans quidem .n. sanitatem. mendicans autem diuicias. Conscij autem sibi ipsis ignorancie eos qui magnum aliquid et id quod super ipsos dicunt admirantur. Quidam autem existimauerunt preter hec multa bona aliud esse per se ipsum quod et omnibus causa est essendi bona. Omnes quidem igitur perscrutari opiniones inanius fortassis est. Sufficiens autem eas maxime que superficietenus aut dicunt ut estimantur habere aliquam rationem. Non lateat autem nos quoniam differunt qui a principijs rationes et qui ad principia. Bene .n. et plato dubitauit hoc et querit utrum a principijs uel ad principia est uia. quemadmodum in stadijs ab athlotetis uel ex uel ad terminum uel econuerso. Incipiendum igitur a cognitis. hec autem dupliciter. hec quidem .n. nobis. hec autem simpliciter. Forte igitur nobis incipiendum est a cognitis. Propter quod oportet consuetudinibus ductum bene de bonis et iustis et totaliter ciuilibus auditurum sufficienter. principium .n. quia et si hoc appareat sufficienter non opus erit eo quod propter quid. talis autem habet uel suscipit principia facile. Cui autem neutrum existit horum audiat uerba que sunt Esyodi. Iste quidem optimus qui omnia intelligit. bonus autem rursus et ille qui bene dicenti obedit. qui autem neque ipse intelligit neque alium audiens in animo ponit. hic rursus inutilis uir. Nos autem dicamus unde digressi sumus. bonum .n. et felicitatem non irrationabiliter uidentur ex hys que hic uite sunt existimare. Multi quidem et grossissimi uoluptatem. Propter quod et uitam diligunt uoluptuosam. Tres .n. sunt maxime excellentes. et illa que nunc dicta est et que ciuilis est et tercia que contemplatiua est. Multi quidem igitur bestiales uniuersaliter esse pecudum uitam eligentes. Adipiscitur autem rationem quia multi eorum qui in potestate sunt similia sardanapalo. Qui autem excellentes et operatiui honorem. Ciuilis .n. fere hic finis. Videtur autem minus sufficiens esse eo quod quesitum. Videtur .n. in honorantibus magis esse quam in honorato. bonum autem proprium quid et quod difficile auferri diuinamur. Amplius autem uidentur honorem querere ut credant se ipsos bonos esse. querunt .n. a prudentibus honorari et apud eos a quibus cognoscuntur et in uirtute. Manifestum autem quoniam secundum hos uirtus melior est. Forsitan autem et magis utique finem ciuilis uite hanc existimauerit. Videtur autem imperfectior et hec. Videtur .n. utique et dormire habentem uirtutem. uel non operari per uitam. Et cum hys mala pati et infortunari esse plurima. Ita autem uiuentem nullus felicitabit nisi positionem custodiat. Et de hys quidem igitur satis. et .n. in encyclijs dictum est de ipsis. Tercia autem est contemplatiua de qua perscrutacionem

3ª uita

rem faciemus in sequentibus. Pecuniosus autem uiolentus quis est. et diuicie non sunt quod queritur bonum. utiles .n. sunt et alterius gratia. Propter quod magis que prius dicta sunt fines aliquis utique existimabit. propter se .n. diliguntur. Videtur autem neque illa. Quamuis multi sermones ad hec dispositi sunt. Hec autem relinquantur. Quod autem uniuersale melius forte perscrutari et quomodo qualiter dicitur dubitare. Si obuia tali questione facta propter amicos uiros introducere ydeas. Videbitur autem melius utique esse forsitan et oportere et pro salute ueritatis et familiaria destruere. Aliter quidem philosophos existentes. Ambobus .n. existentibus amicis sanctum est preonorare ueritatem. Ferentes autem opinionem hanc non faciebant ydeas in quibus prius et posterius dicebant. Propter quod neque numerorum ydeam constituebant. Bonum quidem dicitur et in eo quod quid est et in quali et in ad aliquid. Quod autem per se ipsum est et substancia prius natura eo quod ad aliquid. propagini .n. hoc assimilatur et accidenti entis. Quare non utique erit in hys communis ydea quedam. Amplius autem quia bonum equaliter dicitur enti. et in eo quod quid est dicitur ut puta deus et intellectus. et in quali uirtutes. et in quanto mensuratum. et in ad aliquid utile. et in tempore tempus et in loco dieta et alia talia. manifestum quod non utique erit commune quoddam uniuersale et unum. non .n. diceretur utique in omnibus predicamentis. sed in uno solo. Amplius autem quia eorum que secundum ydeam una. una et scientia. et bonorum omnium esset utique una quedam scientia. Nunc autem sunt multe et eorum que sub uno predicamento. ut puta tempus. in bello quidem .n. militaris. in egritudine .n. medicinalis. in laboribus exercitatiua. Queret autem utique aliquis quid et uolunt dicere per se ablantes unumquodque. Siquidem ipse homo et in homine una et eadem ratio que hominis est. in quantum .n. homo non different. Si autem sic neque secundum quod bonum. Sed neque quidem perpetuum esse magis bonum erit si neque magis album diuturnius eo quod una die. Probabilius .n. uidentur pythagorici dicere de ipso ponentes in ordine bonorum unitatem. quos utique et speusippus sequi uidetur. Sed de hys quidem aliud fit sermo. Hys autem que dicta sunt dubitatio quedam subapparet propter non de bono omni sermones dici. et sunt dici autem que secundum unam speciem que secundum se ipsa persecuta sunt et dilecta. facta autem horum uel conseruatiua aliqualiter uel contrariorum prohibitiua propter hec dici et secundum modum alium. Manifestum igitur quoniam dupliciter utique dicentur bona. et hec quidem secundum se ipsa. illa autem propter hec. Diuidentes igitur ab utilibus que secundum se ipsa intendamus si dicuntur secundum unam ydeam. Secundum se ipsa autem qualia ponet quis utique. Vel quecumque et solitaria persequuntur. ut puta sapere et uidere. et uoluptates quasdam et honores. hec .n. et si propter aliud quis persequitur. tamen secundum se bonorum ponet utique aliquis. uel nichil aliud preter ydeam. quare uanum erit ydea. Si autem et hec sunt eorum que secundum se ipsa bonum rationem in omnibus ipsis eandem apparere oportebit. quemadmodum in niue et cerusa eam que albedinis. honoris autem et prudencie et uoluptatis. alie et differentes sunt rationes. Vel secundum quod bona. Non est igitur bonum commune quid secundum unam ydeam. Sed qualiter utique dicuntur omnia bona non .n. assimilantur a casu equiuocis. Sed certe ei quod est ab uno esse uel ad unum omnia conducere. uel magis secundum analogiam. Sicut .n. in corpore uisus in anima intellectus et aliud utique in alio. Sed forte quidem hec relinquendum est nunc. Certificare .n. de ipsis alterius utique philosophie erit magis.

ipsum. Similiter autem et de idea. Si enim et est unum quod communiter predicatur bonum vel separatum quid ipsum secundum
se ipsum, manifestum quod non utique operatum neque possessum homini. Nunc autem tale queritur. Forte
autem alicui videbitur melius utique esse cognoscere ipsum ad possessa et operata bonorum.
Velud enim exemplar habentes magis sciemus et que nobis sunt bona, et si sciamus, ea ad-
ipiscemur. Probabilitatem igitur quandam habet sermo, videtur autem scienciis dissonare.
Omnes enim bonum quoddam appetentes et quod deficit acquirere querentes derelinquunt cognitionem ipsius.
Et auxilium tale omnes artifices ignorare et neque querere non rationabile. Incon-
veniens autem et quid iuvabitur textor vel faber ad suam artem sciens ipsum bonum, vel
qualiter magis medicus vel miles erit qui ideam ipsam contemplatus. Videtur quidem enim neque sa-
nitatem ita intendere medicus, sed eam que hominis, magis autem forte eam que huius;
secundum unumquemque enim medicatur. Et de hiis quidem tantum dictum sit.

Rursus autem redeamus ad quesitum bonum quid utique sit. Videtur quidem enim aliud in
alia operatione et arte; aliud enim in medicinali et militari et reliquis similiter. Quod
igitur uniuscuiusque bonum? aut cuius gratia reliqua operantur? Hoc autem in medicinali quidem sanitas,
in militari quidem victoria, in edificativa autem domus, in alio autem aliud, in omni autem ope-
ratione et electione finis; huius enim gratia reliqua operantur omnes. Quare si quis operatorum omnium est
finis, hic utique erit operatum bonum; si autem plura, hec. Transcendens utique sermo ad idem
pervenit. Hoc autem adhuc magis explanare temptandum. Quoniam autem plures videntur
fines, horum autem eligimus quedam propter alterum, ut puta divicias, fistulas et omnino
organa, manifestum igitur quoniam non sunt omnes perfecti. Optimum autem perfectum quid videtur esse. Quare
si unum aliquod solum perfectum, hoc utique erit quod queritur; si autem plura, perfectissimum horum.
Perfectius autem dicimus quod secundum se prosequibile eo quod propter alterum, et quod numquam
propter aliud eligibile hiis que secundum se ipsa et propter hoc eligibilia, et simpliciter perfectum utique
quod secundum se ipsum eligibile semper et numquam propter aliud. Tale utique felicitas maxime esse
videtur. Hanc enim eligimus semper propter se ipsam et numquam propter aliud. Honorem vero et voluptatem
et intellectum et omnem virtutem eligimus quidem propter ipsa, nullo enim adveniente eligemus utique
unumquodque eorum; eligimus autem et felicitatis gratia, per hec suspicantes felices fore.
Felicitatem autem nullus eligit horum gratia neque omnino propter aliud. Quod solum desidera-
bile et eligibile et numquam propter alterum felicitas esse videtur. Et ex per se sufficientia
accidere idem. Perfectum enim bonum per se sufficiens esse videtur. Per se sufficiens autem dicimus
non ipsi soli viventi vitam solitariam, sed et parentibus et filiis et uxori
et totaliter amicis et civibus, quoniam homo natura civile est. Horum autem accipiendus terminus quidam;
extendenti enim ad parentes et progenitores et amicos amicorum in infinitum procedet.
Sed hoc quidem rursus perscrutandum. Per se sufficiens autem ponimus quod solitarium suf-

ficiens et eligibilem facit vitam et nullo indigentem. Tale autem felicitatem existimamus esse.
Amplius omnium maxime eligibilem non connumeratam; connumeratam autem manifestum quod eligibiliorem cum
minimo bonorum. Superhabundantia enim bonorum fit quod appositum, bonorum autem maius eli-
gibilius semper. Perfectum utique quid videtur et per se sufficiens felicitas, operatorum existens finis.

Sed felicitatem quidem forte optimum dicere confessum quid videtur, desideratur autem manifes-
tius quid est adhuc dici. Forte utique fiet hoc si sumatur opus hominis. Quemadmodum enim
aulete et statuifice et omni artifici et omnino quorum est opus aliquod et actio,
in opere videtur bonum esse et bene, ita utique videbitur et homini, si quidem est opus aliquod ipsius. Utrum
igitur textoris et coriarii sunt opera quedam et actiones, hominis autem nullum, sed natum
ociosum? Aut quemadmodum oculi vel manus et pedis et omnino unius cuiusque particularum
videtur aliquod opus, ita et hominis preter hec omnia ponet aliquis utique opus aliquod? Quid igitur hoc
utique erit? Vivere quidem enim commune videtur et plantis. Queritur autem proprium. Separan-
dum ergo nutritivam et augmentativam vitam. Sequens autem sensitiva quedam utique
esse videtur. Communis autem et equo et bovi et omni animali. Relinquitur ergo operativa quedam ra-
tionem habentis. Huius autem hoc quidem ut bene persuasibile rationi, hoc autem ut habens et intelligens. Dupliciter autem et
hac dicta, eam que secundum operationem ponendum; principalius enim videtur dici. Si autem est opus hominis a-
nime operatio secundum rationem vel non sine ratione, idem autem dicimus opus esse genere huius et huius studiosi,
quemadmodum citariste et studiosi citariste, et simpliciter utique hoc in omnibus, apposita secundum virtutem
habundantia ad opus; citarizare quidem enim citariste, studiosi autem bene. Si autem sic, hominis
autem ponimus opus vitam quandam, hanc autem anime operationem et actum cum ratione, studio-
si autem viri bene hec et optime, unumquodque autem bene secundum propriam virtutem quia sic utique a se
sic bona opera procedunt a virtute perficitur. Si autem hoc, humanum bonum anime opus fit
secundum virtutem. Si autem plures virtutes, secundum perfectissimam et optimam. Amplius autem in vita per-
fecta. Una enim hirundo ver non facit, neque una dies. Ita utique neque beatum neque feli-
cem una dies neque paucum tempus. Circumscribatur quidem igitur bonum ita. Oportet enim forte
figuraliter dicere primum, deinde posterius rescribere. Videbitur autem utique hominis esse producere
et particulariter disponere que bene habent circumscriptione; et tempus talium inventor
vel cooperator bonus esse. Unde et artium facta sunt additamenta. Omnis enim apponere
quod deficit. Meminisse autem et prius dictorum oportet, et certitudinem non in omnibus similiter exquirere, sed in
singulis secundum subiectam materiam et in tantum in quantum proprium doctrine. Etenim tector et geo-
metra differenter inquirunt rectum; hic quidem enim inquantum utile ad opus, hic autem quid est vel quale quid;
speculator enim veri. Eodem utique modo et in aliis faciendum, ut non
que extra opera operibus plura fiant. Non exquirenda autem neque causam in omnibus similiter,
sed sufficiens in quibusdam quia demonstrari bene, ut puta et circa principia. Hoc autem quia est primum et principium.

primum principiorum. Quoniam que deductione conspicata sunt, hec autem sensu, hec autem consuetudine quadam, et alia autem
aliter. Temptandum autem persequi singula secundum quod nata sunt, et studendum qualiter determinentur bene. Magnum
enim auxilium habent ad sequentia. Videtur enim plus quam dimidium totius esse principium, et
multa manifesta fieri per ipsum eorum que queruntur. Scrutandum utique de ipso non solum ex con-
clusione et ex quibus sermo, sed et ex hiis que dicuntur de ipso. Vero quidem enim omnia consonant existencia, falso autem cito
dissonat verum. Divisis itaque bonis tripliciter, et hiis quidem que exterius dictis, hiis autem
que circa animam et corpus, circa animam dicimus principaliter et maxime bona. Actus autem et operaci-
onales esse circa animam ponimus. Quare utique bene dicetur secundum opinionem hanc antiquam existentem et
confessam a philosophis. Recte autem et quoniam actus quidam dicuntur et operaciones finis. Ita enim eo-
rum que circa animam bonorum fit finis, et non exteriorum. Consonat autem racioni et bene vivere
et bene operari felicem esse. Fere enim bona vita quedam dicta est et bona operacio. Videntur autem
et quesita omnia circa felicitatem existere dicto. Hiis quidem enim virtus, hiis autem prudencia, aliis autem
sapiencia quedam esse videtur, hiis autem hec vel horum aliquid cum voluptate vel non sine volup-
tate. Alii autem et eam que exterius habundanciam comprehendunt. Horum autem hec quidem multi et veteres
dicunt, hec autem pauci et gloriosi viri. Neutros autem horum racionabile peccare in universis, sed
unum aliquid vel plura dirigere. Dicentibus quidem igitur omnem virtutem vel virtutem quandam consonus
est sermo; huius enim est secundum ipsam operacio. Differt autem non parum in possessione vel in usu optimum existi-
mare, et in habitu vel operacione. Habitum quidem enim contingit nullum bonum perficere existentem, ut puta dor-
mienti vel aliter qualiter ocioso. Operacionem autem non possibile; operabitur enim ex necessitate, et bene
operabitur. Quemadmodum autem Olimpiadibus non optimi et fortissimi coronantur, sed agoniza-
ntes (horum enim quidam ~~sunt~~ vincunt), ita et eorum qui in vita bonorum et optimorum operantes
recte illustres fiunt. Est autem et vita ipsorum secundum se ipsam delectabilis. Delectari quidem enim aliorum
est animatorum, unicuique autem est delectabile ad quod dicitur amativus, ut puta equus quidem amanti equum, spec-
taculum amanti spectaculum. Eodem autem modo et iusta amanti iustum, et omnino que secundum
virtutem amanti virtutem. Multis quidem igitur delectabilia adinvicem adversantur, quia non talia na-
tura sunt. Amatoribus autem bonum sunt delectabilia que natura delectabilia. Tales autem que secundum virtutem opera-
ciones, quare et hiis delectabiles et secundum ipsas. Nichil utique indiget voluptate vita
ipsorum quemadmodum adiutorio aliquo circumposito. Cum dictis enim neque bonus est qui non gaudet bonis operibus,
neque iustum utique dicet nullus non gaudentem iuste operari, neque liberalem non gaudentem li-
beralibus operibus; similiter autem et in aliis. Si autem sic, secundum se ipsas utique erunt secundum virtutem operaciones
delectabiles. At vero et bone et pulchre et bone sunt et maxime horum unumquodque, siquidem bene iudi-
cat de hiis studiosus. Iudicat autem de hiis secundum ut diximus. Optimum autem et pulcherri-
mum et delectabilissimum felicitas, et non divisa sunt hec secundum Delyacam superscriptionem: Op-
timum iustissimum, desiderantissimum autem sanum esse, delectabilissimum vero quo quis

optat frui. Omnia enim existunt hec optimis operacionibus. Has autem vel unam harum optimam
dicimus esse felicitatem. Videtur tamen et exteriorum bonorum indigens, quemadmodum diximus. Im-
possibile enim vel non facile bona operari inopem existentem. Multa quidem enim operantur quemadmodum
per organa, per amicos et per divicias et civilem potenciam. Quibusdam autem denudati coinquinant
beatitudinem, ut puta nobilitate, bona prole, pulchritudine. Non enim omnino felix qui specie turpissimus
aut ignobilis vel solitarius vel sine prole. Adhuc autem forte minus si huic pessimi filii sunt
vel amici, vel boni existentes mortui sunt. Quemadmodum igitur diximus, videtur indigere et tali prosperita-
te. Unde in idem quidam ordinant bonam fortunam felicitati, quidam autem virtutem. Unde et que-
ritur utrum disciplinabile aut assuetabile vel aliter qualiter exercitabile, vel secundum quandam divinam particulam
vel per fortunam advenit. Siquidem igitur et aliquod deorum donum hominibus, racionabile et feli-
citatem dei datum esse, et maxime humanorum quanto optimum. Sed hoc quidem forte alterius utique per-
scrutacionis magis proprium. Videtur autem et si non a deo missum, sed per virtutem et quandam dis-
ciplinam vel exercitacionem advenit, divinissimorum esse. Virtutis enim premium finis et
optimum videtur et divinum quid et beatum. Erit autem utique et multis commune. Possibile enim existere om-
nibus non orbatis ad virtutem per quandam disciplinam et studium. Si autem est ita melius
quam per fortunam beatum, racionabile autem habere sic. Siquidem que secundum naturam ut possibile optime habere
sic nata sunt, similiter autem et que secundum artem et omnem causam et maxime secundum optimam. Maximum autem
et optimum committere fortune permolestum valde utique erit. Manifestum autem et ex racione
quod queritur. Dictum enim est anime operacio secundum virtutem qualis quedam. Reliquorum autem bonorum hec quidem exis-
tere necessarium, hec autem cooperativa et utilia nata sunt organice. Confessa autem hec utique
erunt cum hiis que a principio. Politice enim finem optimum posuimus; hec autem pluri-
mum facit studium, hec tale quosdam cives facere et operatores bonorum. Decenter igitur
neque bovem neque equum neque aliud animalium aliquod felix esse dicimus; nullum enim ipsorum possibile com-
municare tali operacione. Propter hanc autem causam neque puerum felicem, quia nondum est operator
talium propter etatem. Qui autem, propter spem beatificantur. Indiget enim, quemadmodum diximus, et vir-
tute perfecta et in vita perfecta.

Multe autem transmutaciones fiunt et omnimode fortune secundum vitam, et contingit habundan-
tissimum magnis calamitatibus incidere in senectute, quemadmodum de Priamo in Troycis
narratur. Talibus autem fortunis et fine utentem miserabiliter nullus utique felicitat.
Utrum igitur nullum alium hominum beatificandum usquequo utique vivit, sed secundum Solonem oportet
debitum finem respicere? Si autem utique et ponendum ita, ergo et felix tunc cum
utique morietur? Vel omnino hoc inconveniens aliter et dicentibus nobis operacionem quandam felicitatem?
Si autem non dicimus mortuum felicem, neque Solon hoc vult, sed quoniam tunc utique
quis securus beatificabit hominem, ut iam extra mala existentem et infortunia

tuis. Hic qui et hec q(uod)ne quid(em) videtur non mortuo omo et malum ad sic mutatum esse feliciter putat honores et inhonorationes et filiorum et omnino nepotum prosperitates et infortunia. Dubitabile autem et hoc. Contingit enim qui beate vixit usque ad senectutem et mortuus est secundum rationem contingere multas transmutationes fieri circa filios et hos quidem ipsorum bonos esse et potiri vita que est secundum dignitatem hos autem contrario. Manifestum autem quoniam distantiis ad parentes omnifariam habere ipsos contingit. Inconveniens autem fiet utique si simul transmutetur et mortuus et fiet aliquando quidem felix rursus autem miser. Inconveniens autem et nichil neque in aliquo tempore pertinere ea que progenitorum filiorum prolibus. Sed reuertendum ad prius questitum forsitan enim utique inspiciatur et quod nunc quesitum est ex illo. Si enim utique finem videre oportet et tunc beatificare unumquemque non ut existentem beatum sed quoniam prius erat quare non inconveniens si quando est felix non vere dicetur de eo existente felicitate propter non velle viventes felicitare propter transmutationes et propter permanens quidem felicitatem existimare et neque facile transmutabile fortunas autem multotiens revolui circa eosdem. Manifestum autem si sequimur fortunas eundem felicem et rursus miserum dicemus multotiens camaleontem quendam felicem nunciantes et debiliter firmatum. Vel fortunas quidem sequi nequaquam rectum. Non enim in hys bene et male sed indiget hys humana vita quemadmodum diximus. Dominantes autem sunt que secundum virtutem operationes felicitatis contrarie autem contrarii. Testatur autem sermoni et quod nunc quesitum est. Circa nullum enim sic existit humanorum operum constantia ut circa operationes que sunt secundum virtutes. Permanentiores enim et disciplinis hec videntur. Harum autem honorabilissime permanentiores propter maxime et maxime continue vivere in ipsis beatos. Hoc enim assimilatur esse causa qua non fit circa has oblivio. Existet autem utique quod quesitum est felici et erit per totam talis. Semper enim vel maxime omnium operabitur et speculabitur ea que secundum virtutem et fortunas feret optime et utique omnino prudenter qui ut vere bonus tetragonus sine vituperio. Multis autem factis secundum fortunam et differentibus magnitudine et parvitate parva quidem prosperitatum. Similiter autem et oppositorum manifestum quod non faciunt declinationem vite. Magna autem et multa facta quidem bene beatiorem faciunt vitam et enim hec coornare nata sunt et usus eorum bonus et studiosus fit. Econtrario autem accidentia comprimunt et ledunt beatum. Tristicias enim inferunt et impediunt multis operationibus. Verumtamen et in hys refulget bonum cum utique ferat quis multas et magnas infortunias non propter indolentiam insensibilitatem sed vir existens et magnanimus. Si autem sunt operationes domine vite quemadmodum diximus nullus ita que bonorum fiet miser. Nequaquam enim aliquando operabitur odibilia. Vere enim bonum et sapientem omnes existimamus fortunas decenter et ex contingentibus semper optima operari quemadmodum et ducem bonum presente exercitu uti maxime

bellicose et coriorum incisorem ex datis coriis optimum calciamentum facere. Eodem modo et alios artifices omnes. Si autem ita miser quidem nequaquam fiet utique felix. Sed utique beatus priamicis fortunis incidens utique facile transmutabilis neque ex felicitate movebitur facile neque a contingentibus fortunis sed a magnis et multis et ex talibus non utique fiet rursus felix in parvo tempore sed si quidem in multo et perfecto magnorum et bonorum in ipso factus habundans. Quid igitur prohibet felicem dicere secundum virtutem perfectam operantem et exterioribus bonis sufficienter dotatum non contingentem tempore sed perfecta vita vel apponendum vel victurum sic et finiturum secundum rationem quoniam futurum inmanifestum felicitatem ponimus omnino omnimode. Si autem ita beatos dicemus viventium quibus existunt et existent que dicta sunt beatos autem ut homines et de hys in tantum determinatum sit.

Pronepotum autem fortunas et amicorum omnium nequaquam quidem conferre valde inamabile videtur et ex opinionibus contrarium. Multis autem et omnimodas habentibus differentias accidentibus et hys quidem magis redundantibus hys autem minus singulatim quidem dividere longum et infinitum videtur. Universaliter autem dictum et typo forsitan utique et sufficienter habebit. Si utique quemadmodum et eorum que circa ipsum fortunarum et hec quidem habent aliquod pondus et auxilium ad vitam hec autem leviores videntur. Ita et que circa amicos similiter omnes. Differt autem et passionum unamquamque circa viventes aut mortuos contingere multo magis quam iniusta et mala preexistere vel fieri in tragediis. Sillogizandum utique et ita differentiam. Magis autem fortassis indubitare circa eos qui defecerint si alicuius boni communicant vel oppositis. Videtur enim ex hys et si redundat ad ipsos quodcumque sive bonum sive contrarium fragile quid et parvum vel simpliciter vel ipsis esse. Si autem non tantum et tale et faciat felices eos qui non sunt neque hys qui sunt auferat beatitudinem. Conferre quidem igitur aliquid videntur hys qui defecerint bene operationes amicorum. Similiter autem et infortunia talia autem et tanta magna ut neque felices neque non felices felices faciant neque aliud talium aliquid.

Determinatis autem hys perscrutemur de felicitate utrum laudabilium est vel magis honorabilium. Manifestum enim quoniam potentiarum non est. Videtur autem omne laudabile in quale quid esse et ad aliquid habere aliqualiter laudari. Iustum enim et virilem et vere bonum et virtutem laudamus propter opera et actiones et curiosiorem et alia unumquodque in quale quid natum esse et ad aliquid habere ad bonum aliquod et studiosum. Manifestum autem est ex hys que circa deos sunt laudibus. Derisibiles enim videntur

esse ad nos relata. Si autem contingit que sunt laudes per relationem ut diximus. Si autem est talium
laus, manifestum quia optimorum non est laus, sed maius aliquid et melius, quemadmodum videtur. Deos enim beati-
ficamus et felicitamus, et virorum divinissimos beatificamus. Similiter autem et bonorum. Nullus enim
felicitatem laudat quemadmodum iustum, sed ut divinius et melius aliquid beatificat. Videtur autem
et Eudoxus bene attribuisse de principatu voluptati. Non laudari enim bonorum ex-
istentem innuere existimat quoniam melius est laudabilibus, tale autem esse et deum et
bonum. Ad hec enim et alia referri. Laus quidem virtutis. Operatores enim bono-
rum ab hac virtute laudantur. Laus autem operum similiter corporalium et animalium. Sed hec quidem for-
te magis proprium certificare his qui circa laudes studuerunt. Nobis autem manifestum ex his
quoniam est quidem felicitas honorabilium et perfectorum. Videtur autem ita habere et per esse princi-
pium. Huius enim gratia reliqua omnia omnes operamur. Principium autem et causam bonorum honorabile quid et divinum poni-
mus. Si autem felicitas est operatio quaedam secundum virtutem perfectam, de virtute scrutandum. For-
te enim ita melius utique de felicitate contemplabimur. Videtur autem et secundum veritatem civilis circa h-
anc maxime studere. Vult enim cives bonos facere et legum obauditores.
Exemplum autem horum habemus Crethensium et Lacedemoniorum legislatores et si qui a-
lii tales facti sunt. Si autem politice est scrutatio haec, manifestum quoniam fiet utique quaestio se-
cundum eam que a principio electionem. De virtute autem scrutandum humana. Et enim bonum humanum
quaerebatur et felicitatem humanam. Virtutem autem dicimus humanam non eam que corporis, sed eam que
anime. Et felicitatem autem anime operationem dicimus. Si autem haec ita se habent, manifestum quoniam oportet poli-
ticum scire aliqualiter que circa animam, quemadmodum et eum qui oculos curat et omne corpus, et magis quan-
to honorabilior et melior politica medicinali. Sed et medicorum excellentes multa
negotiantur circa corporis cognitionem. Contemplandum utique et de anima civili. Contemplandum
autem horum gratia et in quantum sufficienter habet ad quesita. Ipsum enim certificare operosius forte pro-
positis. Dicuntur autem de hac et in exterioribus sermonibus sufficienter quaedam, et utendum ipsis. Puta
hoc quidem irrationale ipsius esse, hoc vero rationem habens. Haec autem utrum divisa sit quemadmodum corporis particule
et omne divisibile, vel ratione duo sunt indivisibilia apta nata quemadmodum in periferia curvum et
concavum, nichil differt ad presens. Irrationalis autem hoc quidem assimilatur communi et plantativo. Dico autem
plantativum causam eius quod est nutriri et augeri. Talem enim virtutem anime in omnibus que nutri-
untur ponet aliquis utique et in embrionibus, eandem utique hanc et in perfectis. Rationabilius enim quam
aliam aliquam. Huius quidem igitur communis quaedam virtus et non humana apparet. Videtur enim in sompnis o-
perari maxime particula haec et virtus. Bonus autem et malus neque manifesti sunt secundum sompnum. Un-
de non differre secundum dimidium vite felices a miseris aiunt. Contingit autem hoc decenter. Ocium enim

sompnus anime secundum quod dicitur studiosa vel prava, nisi tamen sic paulatim pertranseunt quidam mo-
tuum, et ita meliora fiunt fantasmata studiosorum quam quorumlibet. Sed de hiis quidem sa-
tis. Et nutritivum igitur relinquendum, quoniam humane virtutis expers innatum est. Videtur autem et ita que-
dam alia natura anime irrationalis esse, participans tamen aliqualiter ratione. Continentis enim et incontinentis
rationem habentis laudamus. Recte enim et ad optima deprecatur. Videtur autem in ipsis et aliud quod
preter rationem innatum, quod pugnat et obviat rationi. Simpliciter enim quemadmodum dissolute corporis parti-
cule in dextram prelegentium moveri, in contrarium sinistram preferuntur, et in anima sic. Ad
contraria enim motus incontinentium. Sed in corporibus quidem videmus quod praefertur motum, in anima autem
non videmus. Forsitan autem et nichilominus et in anima existimandum esse aliquid preter rationem, contrarians hu-
ic et obvians. Qualiter autem alterum non differt. Ratione autem et hoc videtur participare, quemadmodum diximus. Obe-
dit igitur rationi quod continentis. Amplius autem quod sobrii et forsitan quod sobrii et fortis. Omnia
enim consonat rationi. Videtur utique et irrationale duplex. Plantativum quidem enim nequaquam ratione com-
municat, concupiscitivum autem et totaliter appetitivum participat aliqualiter, secundum quod exaudibile est ei et obaudibile. I-
ta utique et patris et amicorum dicimus habere rationem et non quemadmodum mathematicorum. Quoniam autem
suadetur aliqualiter a ratione irrationale, innuit et increpatio et omnis deprecatio. Si autem oportet et hoc
dicere rationem habere, duplex erit et rationem habens, hoc quidem principaliter et in se ipso, hoc autem quemadmodum a patre
audibile aliquid. Determinatur autem et virtus secundum differentiam hanc. Dicimus enim harum has quidem intellectuales,
has autem morales. Sapientiam quidem et intellectum et prudentiam intellectuales, liberalitatem autem
et sobrietatem morales. Dicentes enim de moribus non dicimus quoniam sapiens et intelligens, sed
quoniam mitis vel sobrius. Laudamus autem et sapientem secundum habitum. Habituum autem laudabiles
virtutes dicimus.

C·II·L

Duplici autem virtute existente, hac quidem intellectuali, hac autem morali, ea quidem que intellectualis plurimum ex doctrina
habet et generationem et augmentum, propter quod experimento indiget et tempore. Moralis
vero ex more fit, unde et nomen habuit parum declinans a more.
Ex quo et manifestum quoniam nulla moralium virtutum nobis natura innascitur. Nullum enim natura
existentium aliter assuescit, puta lapis deorsum latus natura utique assuescet sursum ferri,
neque si decies milies assuescat quis eum sursum iaciens, neque ignis deorsum, neque aliud eo-
rum que aliter innata sunt aliter utique assuescet. Neque igitur natura neque preter naturam
innascuntur virtutes, sed natis quidem nobis suscipere eas, perfectis autem per assuetudinem.
Adhuc quecumque quidem natura nobis adveniunt, potentias horum prius ferimus, posterius autem
operationes horum reddimus, quod in sensibus manifestum. Non enim ex multotiens videre aut multotiens
audire sensus accepimus, sed e contrario habentes usi sumus, non utentes habuimus. Virtutes

autem accipimus operantes prius quam habeamus de aliis artibus. Que enim oportet discentes facere hec facien-
tes discimus puta edificantes edificatores fiunt et citharizantes cithariz-
te. Sic autem et iusta operantes iusti efficimur temperata autem temperati fortia uero for-
tes. Testatur autem et quod fit in ciuitatibus legislatores enim ciues assuefacientes fa-
ciunt bonos et uoluntas quidem legislatoris hec est. Quicumque uero hoc non bene faciunt peccant
et differt conuersatio a conuersatione ut bona mala. Adhuc ex eisdem et per eadem et fit
omnis uirtus et corrumpitur. Similiter autem et ars. Ex citharizare enim et boni et mali fiunt citha-
riste. Proportionaliter autem et edificatores et reliqui omnes. Ex bene quidem edificare boni erunt edifica-
tores ex male autem mali. Si enim non sic haberet nichil utique opus esset docente sed omnes uti-
que fierent boni uel mali. Sic utique et in uirtutibus habet. Operantes enim que in commutatio-
nibus que sunt ad homines efficimur boni hii quidem iusti hii autem iniusti. Operantes autem que
in periculis et assuefacti uel timere uel confidere hii autem fortes hii autem timidi. Similiter autem et que circa concu-
piscencias habent et iras. Hii quidem enim temperati et mites fiunt hii autem intemperati et iracun-
di hii autem ex sic conuersari in eis hii autem ex sic. Et uno utique sermone ex operacionibus similibus
habitus fiunt similes. Propter quod oportet operaciones quales reddere. Secundum harum enim differencias sequuntur habitus.
Non parum enim differt ex iuuene sic uel sic consuescere confestim assuefacta, sed multum, magis autem omne.
Sunt boni. Quoniam igitur presens negocium non contemplacionis gracia est quemadmodum alia, non enim ut sci-
amus quid est uirtus scrutamur sed ut boni efficiamur, quoniam nichil utique esset utile proficuum eius,
necesse est scrutari ea que circa operaciones qualiter operantes eas. Hee enim sunt domine et quales fi-
eri habitus quemadmodum diximus. Secundum racionem igitur rectam operari commune et supponatur. Dicetur autem posterius de hac
et quid est racio recta et qualiter hec habeat se ad alias uirtutes. Illud autem prius confessum sit quod
omnis qui de operabilibus est sermo typo et non per certitudinem debet dici quemadmodum in principio diximus quoniam
sermones secundum materiam sunt expetendi. Que autem in operacionibus et que conferencia nichil stans habent quemadmodum
nec sana. Tali autem existente uniuersali sermone adhuc magis qui de singularibus sermo non habet cer-
titudinem neque enim sub arte neque sub enarracione aliqua cadit. Oportet autem ipsos semper
operantes ea que ad tempus attendere quemadmodum in medicinali habet et gubernatiua. Sed quamuis
existente tali presente sermone temptandum auxiliari. Primum igitur hoc speculandum
quoniam talia nata sunt ab indigencia et superhabundancia corrumpi. Oportet enim de
inmanifestis manifestis signis et testimoniis uti quemadmodum in fortitudine et sanita-
te uidemus. Superhabundancia enim gignasia et deficiencia corrumpit fortitudinem.
Similiter autem et potus et cibi amplius et minus facti corrumpit sanitatem. Que autem

commensurata et facit et auget et saluat. Ita igitur et in temperancia
et fortitudine habet et in aliis uirtutibus. Qui enim omnia timet et fugit et
nichil sustinet timidus efficitur. Et qui nichil omnino timet sed ad omnia uadit audax.
Similiter autem et qui omni uoluptate potitur et a nulla recedit fit intemperatus.
Qui autem omnes fugit quemadmodum agrestes insensibilis. Corrumpitur enim temperancia et
fortitudo a superhabundancia et defectu, a medietate autem saluatur. Sed
non solum generaciones et augmentaciones et corrupciones ex eisdem et ab eisdem fiunt
sed et operaciones in eisdem erunt. Et enim in aliis manifestioribus ita habet, ut
puta in fortitudine. Fit enim ex multum cibum sumere et multos labores sustinere, et hic
maxime potest facere fortis. Ita autem et in uirtutibus. Ex recedere enim a uoluptatibus effi-
cimur temperati et facti maxime possumus recedere ab ipsis. Similiter autem et in fortitudine. Assue-
ti enim contempnere terribilia. Signum autem oportet facere habituum superuenientem uoluptatem uel tris-
ticiam operibus. Qui enim recedit a corporalibus uoluptatibus et hoc ipso
gaudet temperatus. Qui autem tristatur intemperatus. Et qui sustinet pericula et gaudet fortis,
qui autem tristatur timidus. Circa uoluptates enim et tristicias est moralis uirtus. Propter uo-
luptatem quidem enim mala operamur, propter tristiciam autem a bonis recedimus. Propter quod oportet
manuduci aliqualiter confestim ex iuuenibus, ut Plato ait, quo et gaudere et tris-
tari in quibus oportet. Recta enim disciplina hec est. Adhuc si uirtutes sunt circa actus et passi-
ones, omni autem passioni et omni actui sequitur delectacio et tristicia, et propter hoc utique erit uirtus
circa delectaciones et tristicias. Demonstrant autem et pene facte per hec. Medicine enim que-
dam sunt, medicine autem per contraria innate sunt fieri. Adhuc ut diximus omnis anime
habitus a quibus innatus est fieri deterior et melior, adhuc et circa hec naturam habet. Propter uolup-
tates autem et tristicias praui fiunt in persequendo has et fugiendo uel quas non oportet uel quando
oportet uel ut oportet uel quocumque aliter a racione determinantur. Ideo et determinant uirtutes impas-
sibilitates quasdam et quietes. Non bene autem quoniam simpliciter dicunt sed non ut oportet et quando oportet et
quecumque alia apponuntur. Supponitur ergo uirtus talis esse circa uoluptates et tristicias op-
timorum operatiua, malicia autem contrarium. Fiet autem utique nobis et ex hiis manifestius adhuc de eisdem. Tribus
enim existentibus que circa electiones, et tribus que in fugis, bono conferente delectabili, et tribus
contrariis, malo nociuo tristi, circa hec quidem omnia bonus directiuus est, malus autem peccatiuus,
maxime autem circa delectacionem. Communis enim hec animalibus et omnibus sub electione assequitur. Et enim
bonum et conferens delectabile uidetur esse. Adhuc autem ex puero omnibus nobis connutritur. Propter

quod difficile est radere hanc passionem expertam vite nostre. Regulamus autem et operationes, hii quidem
magis, hii minus, delectabile et tristicia. Propter hoc necessarium igitur circa hec esse omne negocium; non enim
parvum in operationes bene vel male gaudere vel tristari. Adhuc difficilius voluptati
pugnare quam ire, quemadmodum ait Eraclitus, circa difficilius autem semper et ars fit et virtus; etenim be-
ne est melius in hoc. Quare et propter hec circa delectationes et tristicias omne negocium et virtuti
et politice; qui quidem enim bene his utitur bonus erit, qui autem male malus. Quoniam quidem igitur est virtus
circa delectationes et tristicias, et quoniam ex quibus fit ab hiis et augetur et corrumpitur non
similiter factis, et quoniam ex quibus fit circa hec et operatur, dictum sit.

Queret autem utique aliquis qualiter dicimus quoniam oportet iusta operantes iustos fieri, tempera-
ta autem temperatos. Si enim operantur iusta et temperata, iam sunt iusti et temperati, quemadmodum si
grammatica et musica, grammatici et musici. Vel neque in artibus sic habet; contingit enim
grammaticum facere et a casu et altero supponente. Erit igitur tunc grammaticus si grammaticum quid faciat et
grammatice, hoc autem est secundum eam que in ipso grammaticam. Adhuc autem non simile est in artibus et vir-
tutibus. Que enim ab artibus fiunt bene habent in eis; sufficit igitur aliqualiter habentia fieri. Que
autem secundum virtutes fiunt non si hec qualiter habeant iuste vel temperate operata sunt, sed
et si operans qualiter habens operetur: primum quidem si sciens, deinde si eligens et eligens
propter hec, tertium autem et si firme et immobiliter habeat et operetur. Hec autem ad alias quidem artes
habere non connumerantur preter ipsum scire. Ad virtutes autem scire quidem parvum vel nichil,
alia autem non parvum, sed omnia possunt, que ex multotiens operari iusta et temperata ad-
veniunt. Res quidem igitur iuste et temperate dicuntur quando sunt tales quales utique iustus vel
temperatus operabitur; iustus autem et temperatus non qui hec operatur, sed qui et sic operatur ut iusti et temperati operantur. Bene
igitur dicitur quoniam ex iusta operari iustus et ex temperata temperatus. Ex non operari autem
hec nullus utique curabit fieri bonus. Sed multi quidem hec non operantur, ad rationem autem fugi-
entes existimant philosophari et sic fore studiosi, simile aliquid facientes laboranti-
bus qui medicos audiunt studiose, faciunt autem nichil horum que precepta sunt. Quem-
admodum igitur neque illi bene habebunt corpus ita curati, neque isti animam ita philosophantes.
Post hec igitur quid est virtus scrutandum. Quoniam igitur que in anima fiunt tria sunt, passiones,
potentie et habitus, horum utique aliquid erit virtus. Dico autem passiones quidem concupiscentiam,
iram, timorem, audaciam, invidiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, ze-
lum, misericordiam, universaliter quibus sequitur delectatio vel tristicia; potentias autem secundum quas passibiles horum
dicimur, puta secundum quas potentes irasci vel tristari vel misereri; habitus autem ad

passiones habemus bene vel male, puta ad irasci, siquidem vehementer vel remisse, ma-
le habemus, si autem medie, bene; similiter autem et ad alias. Passiones quidem igitur non sunt neque virtutes neque mali-
tie, quoniam non dicimur secundum passiones studiosi vel pravi, secundum autem virtutes vel malicias dicimur,
et quoniam secundum passiones quidem neque laudamur neque vituperamur (non enim laudatur qui timet neque qui
irascitur, neque vituperatur qui simpliciter irascitur, sed qui sic), secundum virtutes autem vel malicias laudamur
vel vituperamur. Adhuc irascimur quidem et timemus non sponte, virtutes autem electiones
quedam vel non sine electione. Adhuc autem secundum passiones quidem moveri dicimur, secundum virtutes autem vel
malicias non moveri, sed disponi qualiter. Propter hec autem neque potentie sunt; neque enim boni dicimur
propter posse pati simpliciter, neque mali, neque laudamur neque vituperamur. Adhuc autem potentes
sumus natura, boni autem vel mali non efficimur natura; diximus autem de hoc prius. Si igitur neque pas-
siones sunt virtutes neque potentie, relinquitur habitus esse. Quid quidem igitur genere est virtus dictum est.

Oportet autem non solum sic dicere quoniam habitus est, sed et qualis. Dicendum igitur quoniam omnis virtus
cuius utique fuerit virtus et id bene habens perficit et opus eius bene reddit, puta oculi
virtus et oculum studiosum facit et opus eius; oculi enim virtute bene videmus. Similiter et equi
virtus equum studiosum facit et bonum ad currendum et ferendum ascensorem et expectandum
bellatores. Si utique hoc in omnibus ita habet, et hominis virtus erit utique habitus ex quo bonus
homo fit et a quo bonum opus suum reddit. Qualiter autem hoc erit, iam diximus. Adhuc autem
et hoc erit manifestum si speculati fuerimus qualis quedam est natura ipsius. In omni itaque continuo
et divisibili est accipere hoc quidem plus, hoc autem minus, hoc autem equale, et hoc vel secundum rem ipsam vel ad
nos. Equale autem medium quoddam superabundantie et defectus. Dico autem rei quidem medium
quod equaliter distat ab utroque extremorum, quod est unum et idem omnibus; ad nos autem quod neque superabun-
dat neque deficit; hoc autem non unum neque idem omnibus. Puta si decem multa, duo autem pauca,
sex medium accipiunt secundum rem; equaliter enim excedunt et exceduntur; hoc autem medium secundum
arismeticam proportionem. Quod autem ad nos non ita sumendum; non enim si alicui decem mi-
ne comedere multum, due autem paucum, magister exercitii sex precipiet; est enim forte et hoc
multum sumenti vel paucum; Miloni quidem paucum, incipienti autem gymnasiorum
multum; similiter in cursu et in palestra. Ita utique omnis sciens superabundantiam et de-
fectum fugit, medium autem querit et hoc eligit; medium autem non rei, sed
quod ad nos. Si utique omnis scientia sic opus bene perficit ad medium respi-
ciens et in hoc ducens opera (unde consueverunt dicere bene habentibus operibus quoniam neque
auferre est neque apponere, ut superabundantia quidem et defectu corrumpente bene, medie-

a calliditate bonos artifices ad hoc respicientes ut dicimus operantur. virtus autem omni arte certior
et melior est quemadmodum et natura medii utique erit coniectativa. Dico autem moralem. hec enim est circa pas-
siones et operationes. In hiis autem est superhabundancia et defectus et medium. puta et timere et audere
et concupiscere et adirasci et misereri et universaliter delectari et tristari est et magis et minus et u-
traque non bene. Cum autem oportet et in quibus et ad quos et cuius gratia et ut oportet et medium et optimum quod est in virtu-
te. Similiter autem et circa operationes est superhabundancia et defectus et medium. virtus autem circa operationes et passio-
nes est in quibus que quidem superhabundancia viciosa et defectus vituperatur medium autem laudatur et dirigit.
hec autem utique ambo virtutis. medietas quedam igitur est virtus coniectativa existens medii. Adhuc peccare quidem
multis modis dicitur. malum enim infiniti ut pictagorici estimaverunt. bonum autem finiti. dirigere autem
uno modo. Propter hoc et hoc quidem facile. illud autem difficile. facile quidem non attingere signum difficile autem attingere. et
propter hoc malicie quidem superhabundancia et defectus virtutis autem medietas. Boni quidem enim simpliciter multifarie
autem mali. Est igitur virtus habitus electivus in medietate existens que ad nos determinata ratione et
ut utique sapiens determinabit. Medietas autem duarum maliciarum huius quidem secundum superhabundanciam
huius autem secundum defectum. Adhuc huic hoc quidem deficere hec autem superhabundare ab eo quod oportet et in passioni-
bus et in operationibus. virtutem autem medium et invenire et eligere. Propter quod secundum substantiam quidem et rationem quod quid erat esse dicen-
tem medietas est virtus secundum optimum autem et bene extremitas. Non autem suscipit omnis operatio neque omnis
autem passio medietatem. Quedam enim confestim nominata convoluta sunt cum malicia puta gaudium
gaudere de malo et inverecundia et invidia et in operationibus adulterium furtum homicidium. Hec
enim omnia et que talia dicuntur eo quod ipsa mala esse sed non solum superhabundancie ipsorum neque defectus.
Non igitur est numquam circa hec dirigere sed semper peccare neque est bene vel non bene circa talia in eo quam ut oportet
et quando et quo puta adulterari sed simpliciter facere quodcumque horum peccare est. Simile igitur et dignificare
et circa iniusta facere et timere et intemperate esse esse medietatem et superhabundanciam et defectum. E-
rit enim sic superhabundancie et defectus medietas et superhabundancie superhabundancia et defectus de-
fectus. Quemadmodum temperancie et fortitudinis neque est superhabundancia et defectus propter medium aliqualiter
extremum. Ita neque illorum medietas neque superhabundancia et defectus sed ut utique operatur est
viciosum. universaliter neque superhabundancie neque defectus medietas est neque medietatis superhabun-
Oportet autem non solum universaliter dici sed et hiis que sunt circa singularia. dancia et defectus
coaptare. In hiis enim que circa operationes sermonibus universales quidem maiores sunt particulares
autem veriores. Circa singularia enim operationes. Opportunum autem in hiis concordare. Sumendum
igitur hec ex descriptione. Circa timores igitur et audacias fortitudo medietas. superhabundancium autem qui quidem in ti-
more innominatus. Multa autem innominata sunt. Qui autem in audere superhabundat audax. qui autem in ti-
more superhabundat in audere autem deficit timidus. Circa delectationes autem et tristicias non om-
nes autem et circa tristicias medietas quidem temperancia superhabundancia autem intemperancia. Deficien-
tes circa delectationes non multum fiunt. propter quod et isti nomine non sunt sortiti. sint autem insensibiles.
Circa dationem autem pecuniarum et acceptionem medietas quidem liberalitas. superhabundan-
cia autem et defectus prodigalitas et illiberalitas. Contrarie autem hee superhabundant et deficiunt.
prodigus enim in tribucione superhabundat in acceptione autem deficit. Illiberalis autem in acceptione
superhabundat in tribucione vero deficit. Nunc igitur quidem in typo et in capitulo dicimus contenti hoc ipso.
posterius autem certius de hiis determinabitur. Circa pecunias autem et alie dispositiones sunt. medietas
quidem magnificencia. Magnificus enim differt a liberali. hic quidem enim circa magna. hic autem circa parva. superhabun-
dancia autem apyrokalya et banausia. Defectus vero parvificencia. differunt autem hec ab
hiis que circa liberalitatem. Quo autem differunt posterius dicetur. Circa honorem autem et inhonora-

tionem medietas quidem magnanimitas superhabundancia autem caymotes quedam dicta. defectus
autem pusillanimitas. Sicut autem diximus habere ad magnificenciam liberalitatem circa parva differen-
tem. Ita habet quedam et ad magnanimitatem circa honorem existentem magnum. hec autem circa parvum
existentem. Est enim ut oportet appetere honorem et magis quam oportet et minus. Dicitur autem qui super-
habundat quidem desideriis philotimus. qui autem deficit aphilotimus. medius autem
innominatus. Innominate autem et dispositiones. verumtamen philotimi philotimia. Unde
contendunt extremi de media regione. et nos autem est quando medium philotimum vo-
camus. Est autem quando aphilotimum et est quando laudamus philotimum. est autem quando aphilotimum.
propter quam autem causam hoc facimus in hiis que deinceps dicetur. Nunc autem de reliquis di-
camus secundum enarratum modum. Est autem et circa iram superhabundancia et defectus et medietas. Fere
autem innominatis ipsis existentibus medium mansuetum dicentes et medietatem mansuetudinem
vocamus. Extremorum autem qui quidem superhabundat iracundus sit. malicia autem iracundia.
qui autem deficit inirascibilis. quidem defectus inirascibilitas. Sunt autem et alie tres medie-
tates quidem habentes aliqualiter similitudinem adinvicem. differentes vero abinvicem. Omnes quidem enim sunt circa
sermonum et operationum communionem. Differunt autem quia hec quidem est circa verum quod in ipsis. hec autem circa
delectabile. huius autem hoc quidem in ludo. hoc autem in omnibus que secundum vitam. Dicendum igitur de hiis ut magis
aspiciamus quoniam in omnibus medietas quidem laudanda. sed extrema neque recta
neque laudabilia sed vituperabilia sunt. Sunt quidem igitur et horum plura innominata. Temptan-
dum autem quemadmodum et in aliis ipsos nomina facere manifestationis gratia et boni quod consequi. Circa
verum quidem igitur medius quidem verax quis et medietas veritas dicatur. Fictio autem que quidem ad
maius iactancia et qui habet eam iactator. que autem ad minus yronia et yron vocatur.
Circa delectabile autem quod quidem in ludo medius quidem eutrapelos et dispositio eutrapelya. Super-
habundancia autem bomolochia et qui habet eam bomolochos. qui autem deficit agroykos quis
et habitus agroykia. Circa reliquum autem delectabile quod in vita qui quidem ut oportet est delectabilis
est amicus et medietas amicicia. qui autem superhabundat si quidem nullius gratia placidus. si autem
utilitatis alicuius blanditor. qui autem deficit et in omnibus delectabilis litigiosus
quis et discolus. Sunt autem et in passionibus et in hiis que circa passiones medietates. Vere-
cundia quidem enim virtus non est. laudatur autem et verecundus. et in hiis enim hic quidem dicitur medius. qui autem
superhabundat ut cataplex qui omnes verecundatur. qui autem deficit vel nequaquam vere-
cundatur inverecundus. medius autem verecundus. Nemesis autem medietas invidie et
epychacakye. Sunt autem circa tristiciam et delectationem in hiis que accidunt proximis fa-
Nemesiticus quidem enim tristatur de indigne bene operantibus. Invidus autem superexcedens
hunc in omnibus tristatur. Epycha[cus] autem deficit a tristando ut et gaudeat.
Sed et de hiis quidem et aliis tempus erit. De iusticia autem quia non simpliciter dicitur post hec divi-
dentes de utraque dicemus quomodo medietates sunt. Similiter autem et de rationalibus virtutibus.
Tribus autem dispositionibus existentibus duabus quidem maliciis hac quidem secundum superhabundanciam
hac autem secundum defectum una autem virtute medietate. Omnes omnibus opponuntur aliqualiter.

Extreme quidem enim et medie et adinvicem contrarie sunt, media autem extremis. Quemadmodum enim equale ad minus quidem maius, ad maius autem minus, ita medii habitus ad defectus quidem superhabundant, ad superhabundantias autem deficiunt, in passionibus et in operationibus. Fortis enim ad timidum quidem audax videtur, ad audacem autem timidus. Similiter autem et temperatus ad insensibilem quidem intemperatus, ad intemperatum autem insensibilis. Liberalis autem ad illiberalem quidem prodigus, ad prodigum autem illiberalis. Propter quod et repellunt medium extremi alter ad alterum, et fortem vocant timidus quidem audacem, audax autem timidum, et in aliis proportionaliter. Sic autem oppositis adinvicem hiis, maior contrarietas est extremis ad invicem quam ad medium. Longius enim distant hec abinvicem quam a medio, quemadmodum magnum a parvo et parvum a magno quam ambo ab equali. Adhuc ad medium quidem quedam extremis similitudo quedam videtur, ut audacie ad fortitudinem et prodigalitatis ad liberalitatem. Extremis autem adinvicem plurima dissimilitudo. Que autem plurimum distant abinvicem, contraria diffiniunt. Quare et magis contraria que plurimum distant. ¶ Certo autem medio opponitur in hiis quidem magis defectus, in hiis autem superhabundantia existens, sed intemperantia superhabundantia existens. Propter duas autem causas hoc accidit: unam quidem que ex ipsa re. In eo enim quod propinquius et similius esse alterum extremorum medio, non hoc sed contrarium opponimus medio magis, puta quia similius esse videtur fortitudini audacia et propinquius, dissimilius autem timiditas, hanc magis opponimus. Distantia enim plus a medio contraria magis videntur esse. Una quidem igitur causa hec ex ipsa re, alia autem ex nobis ipsis. Ad que enim ipsi magis nati sumus aliqualiter, hec magis contraria medio videntur, puta ipsi magis nati sumus ad delectationes. Ideo facilius mobiles sumus ad intemperantiam quam ad temperantiam. Hec igitur magis contraria dicimus ad que augmentum magis fit. Et propter hoc intemperantia superhabundantia magis contraria est temperantie. ¶ Propter quod difficile et studiosum esse. In unoquoque enim medium accipere difficile, puta circuli medium non cuiuslibet sed scientis. Sic autem et irasci cuiuslibet et facile, et dare argentum et expendere. Cui autem et quantum et quando et cuius gratia et qualiter, non adhuc omnium neque facile. Quare bene et rarum et laudabile et bonum. ¶ Propter quod oportet coniectantem medium primum quidem recedere a magis contrario, quemadmodum et Calipso monebat: hoc ex fumo et unda custodiri navem. Extremorum enim hoc quidem est peccativum magis, hoc autem minus. Quia igitur medium attingere summe difficile, secundum secundam aiunt navigationem id quod minimum sumendum malorum. Hoc autem erit maxime hoc modo quo diximus. ¶ Intendere autem oportet et ad que et ipsi mobiles sumus. Alii enim ad alia apti nati sumus. Hoc autem erit notum ex delectatione et tristicia facta circa nos. In contrarium autem nos ipsos attrahere oportet. Multum enim abducentes a peccato ad medium veniemus, quod tortuosa lignorum dirigentes faciunt. ¶ In omni autem maxime observandum delectabile et delectationem. Non enim incorrupti iudicamus ipsam. Quod igitur plebis senes patiebantur ad Helenam, hoc oportet pati et nos ad delectationem, et in omnibus illorum dicere vocem. Sic enim abicientes eam minus peccabimus. Hec igitur facientes, ut in capitulo dicamus, maxime poterimus medium adipisci. ¶ Difficile autem forsitan hoc, et maxime in singularibus. Non enim facile determinare qualiter et quibus et in quanto tempore irascendum. Et enim nos quandoque deficientes laudamus et mansuetos dicimus, quandoque autem viriles vocamus. Sed qui quidem parum a bene transgreditur non vituperatur, neque ad maius neque ad minus, sed qui plus. Iste enim non latet. ¶ Sed usque quo et quantum vituperabilis non facile sermone determinare, neque aliud sensibilium. Talia autem in singularibus, et in sensu iudicium. Hoc quidem igitur tantum ostendit quoniam medius habitus in omnibus laudabilis. Declinare autem oportet quandoque quidem ad superhabundantiam, quandoque autem ad defectum. Sic enim facillime medium et quod bene adipiscemur.

¶ · III ·

Virtute utique et circa passiones et operationes existente, et in voluntariis quidem laudibus et vituperiis factis, in involuntariis autem venia, quandoque autem et misericordia, voluntarium et involuntarium necessarium forsitan determinare de virtute intendentibus. Utile autem et legislatoribus et ad penas et ad honores. ¶ Videntur autem involuntaria esse que vi vel propter ignoranciam facta. Violentum autem cuius principium extra, tale existens in quo nichil confert operans vel paciens, puta si spiritus tulerit alicubi vel homines domini existentes. ¶ Quecumque autem propter timorem maiorum malorum operata sunt vel propter bonum aliquod, puta si tyrannus precipiat turpe aliquid operari dominus existens parentum et filiorum, et operante quidem salvarentur, non operante autem morerentur, dubitationem habet utrum involuntaria sunt vel voluntaria. Tale autem aliquid accidit et circa eas que in tempestatibus eiectiones. Simpliciter quidem enim nullus eicit voluntarie. ¶ In salute autem sui ipsius et aliorum eiciunt intellectum habentes omnes. ¶ Mixte quidem igitur sunt tales operationes. Assimilantur autem magis voluntariis. Voluntarie enim sunt tunc cum operantur. Finis autem operationis secundum tempus est, et voluntarium et involuntarium cum operatur dicendum. Operatur autem voluntarie. Et enim principium movendi organicas partes in ipso est. Quorum autem in ipso principium, in ipso operari et non. Voluntaria utique talia. Simpliciter autem involuntaria. Nullus enim eliget utique secundum se ipsum talium aliquid. ¶ In operationibus autem talibus quandoque et laudantur, quando turpe aliquid vel triste aliquid sustinent pro magnis et bonis. Cum autem e contrario vituperantur. Turpissima enim sustinere pro nullo bono vel pro modico pravi. In quibusdam autem laus quidem non fit, venia autem, quando propter hec operatur aliquis que non oportet, que humanam naturam excedunt et nullus utique sustineret. ¶ Quedam autem forsitan non est cogi, sed magis moriendum pacientem durissima. Et enim Euripidis Almeona derisoria videntur cogentia matrem occidere. ¶ Est autem difficile quandoque iudicare quale pro quali eligendum, et quid pro quo sustinendum. Adhuc autem difficilius immorari cognitis. Ut enim in multum sunt, que quidem expectantur tristia, que autem coguntur turpia. Unde laudes et vituperia fiunt circa coactos vel non. ¶ Qualia utique dicendum violenta? Simpliciter quidem quando causa in hiis que extrinsecus et operans nichil confert. Que autem secundum se ipsa involuntaria sunt, nunc autem et pro hiis voluntaria, et principium in operante, ipsa quidem secundum se involuntaria sunt, nunc autem et pro hiis voluntaria sunt. Magis autem assimilantur voluntariis. Operationes enim in singularibus. Hec autem voluntaria. Qualia autem pro qualibus eligendum non facile reddere. Multe enim differentie sunt in singularibus. ¶ Siquis autem et bona delectabilia et bona violenta esse dicat (cogunt enim extrinsecus existentia), omnia utique sic erunt violenta. Horum enim gratia omnes omnia operantur. Et qui quidem vi et nolentes cum tristicia, qui autem propter bonum cum delectatione. ¶ Ridiculum autem accusare quod extrinsecus sed non

ipm bn venabile existente a talibus. Et honor quod se ipm ipiu. aut delectabilia
vero utique violentum esse extrinsecus ens non consentiente vim passo. Quod autem per ignorantiam
non voluntarium quidem omne est, involuntarium autem quod triste et in penitudine. Qui enim per ignorantiam
operatur quodcumque, nichil autem tristatur in operatione volens quidem non operatus est quod nesciuit. Neque rursus
volens non tristatus de eo per ignorantiam. Qui quidem in penitudine volens videtur. Qui autem non penitet
quia alter non volens quia non differt. Habere melius nomen proprium. Alterum autem videtur et per ignorantiam
operari ab eo quod est ignorantem facere. Ebrius enim vel qui irascitur non videtur per ignorantiam operari
non sed per aliquid eorum que dicta sunt. Non sciens autem sed ignorans. Ignorat quidem igitur omnis malus que
oportet operari et a quibus fugiendum. Et per tale peccatum iniusti et universaliter mali. Involuntarium autem vult
dici non si quis ignorat quod confert. Non enim que in electione ignorantia causa involuntarii sed malitie
est, neque que universalis. Vituperatur enim per hanc. Sed que in singularibus in quibus et circa que operatio. In hiis enim et mise-
ricordia. Horum enim aliquis ignorans involuntarie operatur. Forsitan igitur non malum determina-
re que et quot sunt. Et quis utique et quid et circa quid vel in quo operatur. Quandoque autem et
quo puta instrumento. Et gratia cuius puta salutis. Et qualiter puta quiete vel vehe-
menter. Omnia quidem igitur nullus utique ignorabit non insanus. Quem operantem quia neque operan-
tem qualiter enim se ipsum. Quid autem operabitur ignorabit utique aliquis puta dicentes a-
iunt excidere ipsos vel non scire quoniam detestabilia erant. Quemadmodum Eschylus mistica. Vel
monstrare dimittere ut qui telum. Estimabit utique aliquis et filium oppugnato-
rem esse quemadmodum Merope. Et rotundam lanceam habere vel lapidem pumicem
esse. Vel in salute potione occidere utique. Et ostendere volens quemadmodum pugilles percuti-
at utique. Circa omnia utique hec ignorantia existente in quibus operatio, que horum aliquid igno-
rat volens videtur operari. Et maxime in principalissimis. Principalissima autem esse videntur
in quibus operatio et cuius gratia. Secundum talem utique ignorantiam involuntario dicto adhuc oportet operationem
Existente autem involuntario quod vi et per ignorantiam [...] triste esse et in penitudine.
ignorantiam voluntarium videbitur utique esse cuius principium in ipso sciente sin-
gularia in quibus operatio. Forsitan enim non bene dicitur involuntaria esse que per iram vel
per concupiscentiam. Primum quidem enim nullum adhuc aliorum animalium voluntarie opera-
bitur neque pueri. Deinde utrum nichil voluntarie operamur eorum que per concupis-
centiam vel iram vel bona quidem voluntarie mala autem non voluntarie. Sed ridiculum
uno causa existente. Inconveniens autem forte involuntaria dicere que oportet appetere.
Oportet autem et irasci in quibusdam et concupiscere quedam puta sanitatem vel
disciplinam. Videntur autem involuntaria quidem tristia esse. Que autem secundum concupis-
centiam delectabilia. Adhuc autem quid differunt in eo quod voluntaria que secundum cogi-
tationem vel iram peccata. Fugienda enim ambo. Videntur autem non minus humane esse irratio-
nabiles passiones. Quare et operationes hominis ab ira et concupiscentia. Inconveniens utique
ponere involuntaria hec. Determinatis autem voluntario et involuntario de e-
lectione sequitur pertransire. Maxime enim proprium videtur esse virtuti et magis mores iudicare

re operationibus. Electio utique voluntarium esse videtur, non idem autem, sed in plus voluntarium. Vo-
luntario quidem enim pueri et alia animalia communicant, electione autem non. Et repentina volunta-
ria quidem dicimus, secundum electionem autem non. Dicentes autem concupiscentiam vel iram vel voluntatem
vel quandam opinionem non videntur recte dicere. Non enim communis et electio et irrationabilium. Concupiscentia
autem et ira. Et incontinens concupiscens quidem operatur, eligens autem non. Continens autem econtrario eligens
quidem operatur, concupiscens autem non. Et electioni quidem concupiscentia contrariatur, concupiscentia autem concupi-
scentie non. Et concupiscentia quidem delectabilis et tristis. Electio autem neque delectabilis neque tristis. Ira autem adhuc
minus. Que enim per iram secundum electionem esse videntur. Sed neque voluntas quamvis proximum esse videatur.
Electio quidem enim non est impossibilium. Et si quis eligere dicat videbitur utique insipiens esse. Voluntas autem est
impossibilium puta immortalitatis. Et voluntas quidem est et circa ea que nequaquam operata sunt utique
puta ypocritam aliquem vincere vel athletam. Eligit autem talia nullus sed quecumque estimat
fieri per ipsum. Adhuc autem voluntas quidem finis est magis. Electio autem horum que ad finem puta
sanitatem volumus, eligimus autem per que sanabimur. Et felices esse quidem volumus et dicimus.
Eligimus autem dicere non congruit. Videtur autem universaliter electio esse circa que in nobis sunt esse. Sed neque opinio
utique erit electio. Videtur quidem enim circa omnia esse et nichil minus circa eterna et impossibilia et circa que in nobis
et falso et vero dividitur, non autem malo et bono. Electio autem in hiis magis. Universaliter quidem igitur opinioni
non idem forsitan neque dicit aliquis. Sed neque cuidam. In eligendo enim bona vel mala quales quidem
sumus, in opinando autem non. Et eligimus quidem accipere vel fugere non multum opinamur. Et e-
lectio quidem laudatur in eo quod est cuius oportet magis vel recte. Opinio autem in eo quod est ut vere. Et eli-
gimus quidem que maxime scimus existentia bona, opinamur autem que non multum scimus. Et videntur non idem
et eligere optima et opinari. Sed quidam opinari melius per maliciam autem eligere non que o-
portet. Si autem precedit opinio electionem vel consequitur non differt. Non enim hoc intendimus sed si idem est opinioni cui-
dam. Quid igitur vel quale quid est quoniam eorum nichil. Voluntarium quidem videtur. Voluntarium autem non omne eligi-
bile. Sed etiam preconsiliatum. Electio autem cum ratione et intellectu. Significare autem videtur et nomen ut quod
pre aliis eligibile. Consiliantur utrum de omnibus et omne consiliabile aut de quibusdam non est consilium. Dicendum autem
forsitan consiliabile non si quis consiliabitur utique aut insipiens vel insanus. Sed de quibus intellectum habens.
De eternis autem nullus consiliatur puta de mundo vel dyametro vel costa quoniam in-
commensurabiles. Sed neque de hiis que in motu sunt secundum autem eadem semper fiunt sive ex necessitate sive
natura vel per aliquam aliam causam puta solis conversionibus vel ortibus. Neque de hiis que a-
liquando aliter puta de siccitatibus et ymbribus. Neque de hiis que a fortuna puta thesau-
ri inventione. Sed neque de humanis omnibus puta qualiter utique Scite optime conversentur nullus La-
cedemoniorum consiliatur. Non enim fiet utique eorum per nos aliquod. Consiliamur autem de hiis que
in nobis et operabilibus. Hec autem et sunt reliqua. Cause autem videntur natura et necessitas et fortuna.
Adhuc autem intellectus et omne quod per hominem. Hominum autem singuli consiliantur de hiis que per ipsos
operabilibus. Et circa quidem certas et per se sufficientes disciplinas non est consilium puta de lit-
teris. Non enim dubitamus qualiter scribendum sed quecumque fiunt per nos non similiter autem hec consiliamur de
puta de hiis que secundum medicinalem et negotiativam. Et circa gubernativam magis quam circa gim-

nastica quanto minus certificata, et adhuc et in reliquis similiter. Magis autem et circa artes quam disciplinas;
magis enim de ipsis dubitamus. Consiliari autem est in hiis que ut sepius. Incertis autem qualiter e-
venient, et in quibus indeterminatum. Consiliatores autem assumimus in magnis, discredentes nob-
ipsis velud non sufficientibus dinoscere. Consiliamur autem non de finibus, sed de hiis que sunt
ad fines. Neque enim medicus consiliatur si sanabit, neque rethor si persuadebit, neque poli-
ticus si pacem faciat, neque reliquorum aliquis de fine. Sed ponentes finem aliquem, qualiter et
per que erit intendunt. Si autem per unum perficiatur, qualiter per hoc erit, et si per plura, quod vide-
atur si per quod facile et optime intendunt, et illud per quod utique, quousque veniant ad primam
causam, que in inventione ultima. Qui enim consiliatur videtur querens resolvere dicto modo quemadmodum dia-
gramma. Videtur autem non quod omnis esse consilium, puta mathematicorum. Consilium autem esse questio, et quod ultimum
in resolutione primum esse in generatione. Et siquidem impossibili inveniunt, discedunt, puta si pecuniis
indiget, has autem non possibile est tribui. Si autem possibile videatur, incipiunt operari. Possibilia autem que per
nos fient utique. Que enim per amicos per nos aliqualiter sunt. Principium enim in nobis. Queruntur autem quandoque
quidem instrumenta, quandoque autem utilitas horum. Similiter autem et in reliquis quandoque quidem per quod, quandoque autem qualiter vel per
quem. Videtur autem quemadmodum dictum est homo esse principium operationum. Consilium autem de operabilibus ab ipso. Operationes
autem aliorum gratia. Non erit igitur utique consiliabile finis, sed que ad fines. Neque utique singularia,
puta si panis hoc vel digestum est ut oportet vel factum est ut oportet. Sensus enim hec. Si autem semper
consiliabitur, in infinitum veniet. Consiliabile autem et eligibile idem, verumtamen determinatum iam eli-
gibile. Quod enim ex consilio prejudicatum est eligibile est. Quiescit enim unusquisque querens qualiter operabitur
cum in se ipsum reducet principium, et in ipsum in antecedens. Hoc enim est quod eligit. Manifestum autem hoc et ex antiquis
urbanitatibus quas Homerus imitatus est. Reges enim que eligebant annunciabant ple-
bi. Existente enim eligibili consiliabili desiderabili eorum que in nobis, et electio utique erit consili-
abile desiderium eorum que in nobis. Ex consiliari enim iudicantes desideramus secundum consilium. Electio
quidem igitur typo dicatur, ut non consuetum est dicere [illegible], et circa qualia est, et quoniam
Voluntas autem quoniam quidem finis dictum est. Videtur autem [illegible]   eorum que ad fines
hiis quidem simpliciter boni esse, hiis autem apparentis boni. Contingit autem voluntabile
simpliciter bonum dicentibus non esse voluntabile quod vult qui non recte vult. Si enim erit volun-
tabile, et bonum erit. Autem et si sic contingerit, quod malum. Rursum autem apparens bonum vo-
luntabile dicentibus non esse natura voluntabile, sed unicuique quod videtur. Alii autem aliud quod
videtur et si sic contingat contraria. Si autem utique hec non placent, ergo dicendum quod simpliciter et secundum veritatem vo-
luntabile esse simpliciter bonum, unicuique autem quod videtur. Studioso quidem igitur quod secundum veritatem esse,
pravo autem quod contingerit, quemadmodum et in corporibus bene dispositis quidem sana sunt que secundum veritatem
existencia talia, infirmis autem altera. Similiter autem et amara et dulcia et calida et
gravia et aliorum singula. Studiosus enim singula iudicat recte, et in singulis
verum ei apparet. Secundum unumquemque enim habitum propria sunt et bona et delectabilia, et differt
plurimum forsitan studiosus, hoc verum in singulis videre, quemadmodum regula et mensura
ipsorum existens. Multis autem deceptio per delectationem videtur fieri; non enim existens bonum videtur.

Desideratur igitur delectabile ut bonum, tristiciam ut ut ut ut ut aū aū ut aū dic dic
ut malum fugiunt. Existente utique voluntabili fine, consiliabilibus autem et eligibilibus eo-
rum que sunt ad finem, que circa operationes secundum electionem erunt utique et voluntarie. Virtutes
autem operationes circa hec. In nobis autem et virtus. Similiter autem et malicia. In quibus enim in nobis operari, et non
operari, et in quibus non et sic. Quare si operari bonum existens in nobis est, et non operari in nobis erit ma-
lum existens. Et si non operari bonum existens in nobis, et operari malum existens in nobis. Si autem
in nobis bona operari et mala, similiter autem et non operari. Hoc autem erat bonos et malos esse,
in nobis erit decentes et pravos esse. Dicere autem quod nullus volens malus, neque nolens beatus,
assimilatur hoc quidem mendaci, hoc quidem veraci. Beatus quidem nullus nolens, malicia autem voluntari-
um. Vel hiis que nunc dictis dubitandum, et hominem non dicendum principium esse neque genitorem operationum quemadmodum
et natorum. Si autem hec videntur et non habemus in alia principia reducere preter ea que in nobis, quorum
et principia in nobis, et hec in nobis et voluntaria. Hiis autem videntur testificari et privatim
a singulis et ab ipsis latoribus legum. Puniunt enim et retaliant operantes mala quicumque
non vi aut propter ignoranciam cuius non ipsi cause. Bona autem operantes honorant, velud hos quidem
provocantes, hos autem prohibentes. Quamvis ad ea que neque in nobis sunt neque voluntaria nullus
provocat operari, ut non ante opus existente sua. Puta non calefieri neque dolere vel esuri-
re vel aliquid quodcumque talium. Nichil enim minus paciemur hec. Etenim in ipso ignorare puniunt, si causa
videatur esse ignorancie, puta ebriis duplicia epitimia. Principium enim in ipso. Dominus enim est quod
non inebriari. Hoc autem ignorancie causa. Et ignorantes aliquid eorum que in legibus que oportet scire et non dif-
ficilia sunt puniunt. Similiter autem et in aliis quecumque propter ignoranciam negligenciam videntur, ut
in ipsis existente non ignorare. Eius enim quod diligentes esse domini. Sed talis forsitan aliquis est ut
non diligens sit. Sed eius quod tales fieri ipsi cause vivientes remisse, et eius quod iniusti vel
intemperati esse. Hii quidem mala facientes, alii autem in potationibus et talibus degen-
tes. Que enim circa singula operationes tales faciunt. Hoc autem manifestum ex meditantibus ad
quamcumque agoniam vel operationem. Perficiunt enim operantes. Ignorare quidem igitur quoniam ex operari circa
singula habitus fiunt, pene insensibilis. Adhuc autem irrationabile iniusta facientem non velle iniustum
aut stupra facientem intemperatum. Si autem non ignorans aliquis operatur ex quibus erit iniustus, volens iniustus
utique erit. Non tamen si velit iniustus existens quiescet et erit iustus. Neque enim qui egrotat sanus. Et si
contigerit volens egrotat, incontinenter vivens et inobediens medicis. Tunc quidem igitur erat ei non
egrotare, emisso autem non adhuc; quemadmodum neque dimittenti lapidem adhuc ipsum possibile resumere. Sed
tamen in ipso mittere et proicere. Principium enim in ipso. Sic autem et iniusto et intemperato ex principio quidem erat
tales non fieri, propter quod volentes sunt. Factis autem non adhuc est non esse. Non solum autem anime mali-
cie voluntarie sunt, sed quibusdam et que corporis, quas et increpamus. Propter naturam quidem enim turpes nullus in-
crepat, sed que propter desidiam et negligenciam. Similiter autem et circa imbecillitatem et turpitudinem et orbitatem.
Nullus enim utique increpabit ceco natura vel ex infirmitate vel ex plaga, sed magis miserebitur.
Ei autem qui ex vini potatione vel alia intemperancia omnis utique increpabit. Eorum autem que circa corpus
maliciarum que in nobis increpantur, que autem non in nobis non. Si autem sic, et in aliis que increpantur

utique malitie in nobis utique erunt. Si autem quis dicat quoniam omnes desiderant apparens bonum, fantasie autem non domini, sed qualiscumque unusquisque est, talis et finis videtur ei. Si quidem igitur unusquisque sibi ipsi habitus aliqualiter est causa, et fantasie erit aliqualiter causa. Si autem nullus sibi causa est eius quod est malefacere, sed propter ignorantiam finis hec operatur, per hec existimans sibi optimum fore, finis autem non desiderium sponta- neum, sed innasci quemadmodum visum habentem quo iudicabit bene, et secundum veritatem bonum desiderabit, et est bene natus cui hoc bene innatum est. Quod enim maximum et optimum et quod non ab alio possibile accipere neque discere, sed quale innatum est tale habebit. Et quod bene et optime hoc innatum perfecta utique erit et vera bona natura. Si utique hec sunt vera, quid magis virtus quam malicia erit voluntarium? Ambobus enim similiter bono et malo finis non ut qualitercumque videtur et iacet, reliqua autem ad hec referentes operantur qualitercumque. Sive utique finis non natura unicuique videtur qualiscumque, sed aliquid et apud ipsum est, sive finis naturalis, in reliqua autem operando voluntarie studiosum, virtus voluntarium est, nichil et malicia voluntarium utique erit. Similiter enim et malo existit quod per ipsum in operibus et in fine. Si igitur quemadmodum dicitur voluntarie sunt virtutes, et enim habituum cooperatores aliqualiter ipsi sumus, et in quales quidam sumus finem talem ponimus, voluntarie utique et malicie erunt similiter. Communiter quidem igitur de virtutibus dictum est nobis et genus typo, quoniam medietates sunt et quoniam habitus, et a quibus fiunt quoniam horum operative et secundum se ipsas, et quoniam in nobis et voluntarie sicut utique recta ratio preceperit. Non similiter autem operationes voluntarie sunt et habitus. Operationum quidem enim a principio usque ad finem domini sumus, scientes que secundum singularia. Habituum autem principii eorum quod secundum singularia autem adiectio non cognita, quemadmodum in egritudinibus. Sed quoniam in nobis erat sic vel non sic uti, propter hoc voluntarii. Resumentes utique de unaquaque dicemus que sunt et circa qualia et qualiter. Simul autem erit manifestum et quot sunt. Et primo de fortitudine.

Quoniam quidem igitur medietas est circa timores et audacias, iam et prius dictum est. Timemus autem terribilia. Hec autem sunt ut simpliciter dicere mala. Propter quod et timorem diffiniunt expectationem mali. Timemus igitur omnia mala, puta malam opinionem, inopiam, egritudinem, inimicitiam, mortem. Sed non circa omnia videtur fortis esse. Quedam enim oportet timere et bonum, quedam non malum, puta malam opinionem. Qui quidem enim timet decens et verecundus est, qui autem non timet inverecundus. Dicitur autem a quibusdam fortis secundum metaphoram, habet enim aliquid simile forti. Impavidus enim quis et fortis. Inopiam autem forsitan non oportet timere neque egritudinem, neque universaliter quecumque non a malicia neque propter se ipsum. Sed neque qui circa hec impavidus fortis. Dicimus autem et hunc secundum similitudinem. Quidam enim in bellicis periculis timidi existentes liberales sunt et ad pecuniarum emissionem bene audacter habent. Neque utique si quis iniuriam circa pueros vel uxorem timet vel invidiam vel aliquid talium timidus est, neque si audet flagellandus fortis. Circa qualia igitur terribilia fortis? Vel circa maxima? Nullus enim magis sustinet pericula. Terribilissimum autem mors. Terminus enim et nichil adhuc mortuo videtur neque bonum neque malum esse. Videbitur autem utique neque circa mortem que in omni fortis esse, puta in mari vel egritudinibus. In quibus igitur? Vel in optimis. Tales autem que in bello. In maximo enim et optimo periculo. Concordes autem et hiis sunt honores in civitatibus et apud monarchias. Proprie autem dicetur utique fortis qui circa bonam mortem impavidus, et quecumque mortem inferunt repentina existentia. Talia autem maxime que secundum bellum. Sed et in mari et in egritudinibus impavidus qui fortis, non sic autem ut marinarii. Hii quidem enim desperant salutem et mortem talem abhominantur, hii autem bene sperantes sunt propter experientiam. Simul autem et viriliter agunt in quibus est fortitudo vel bonum mori. In talibus autem corruptionibus neutrum existit.

Terribile autem non omnibus idem. Dicimus autem et super hominem. Hoc quidem igitur omni terribile intellectum habenti. Que autem secundum hominem differunt magnitudine et eo quod magis et minus. Similiter autem et ausibilia. Fortis autem insuperabilis ut homo. Timebit igitur et talia ut oportet aut ut ratio sustinebit boni gratia. Hoc enim finis virtutis. Est autem magis et minus hec timere et adhuc non terribilia ut talia timere. Fit autem peccatum hoc quidem quod non oportet, hoc autem quia non ut oportet, hoc autem non quando oportet vel ad talium gratia et circa ausibilia. Qui quidem igitur que oportet et cuius gratia sustinet et timet et ut oportet et quando, similiter autem et audet, fortis. Secundum dignitatem enim et ut utique ratio patitur et operatur fortis. Finis autem omnis operationis est qui secundum habitum, et forti autem fortitudo bonum, talis et finis. Determinatur enim unumquodque fine. Boni utique gratia fortis sustinet et operatur que secundum fortitudinem. Superhabundans autem qui quidem in impavido innominatus. Dictum est autem a nobis in prioribus quoniam multa sunt a nobis innominata. Est autem utique aliquis insanus vel insensibilis, si nichil timeat neque terre motum neque inundationes, quemadmodum aiunt Celtas. Qui autem in audendo superhabundat circa terribilia audax. Videtur autem et superbus esse audax et fictor fortitudinis. Ut igitur ille circa terribilia habet, sic iste vult videri. In quibus igitur potest imitatur. Propter quod et multi ipsorum sunt audaces timidi. In hiis enim audentes terribilia non sustinent. Qui autem in timendo superhabundat timidus. Et enim que non oportet et ut non oportet et omnia talia sequuntur ipsum. Deficit autem et in audendo, sed in tristitiis superhabundans magis manifestus est. Desperans utique quis timidus. Omnia enim timet. Fortis autem contrarius. In audendo enim spei bone est. Circa eadem quidem igitur timidus et audax et fortis. Differenter autem habent ad hec. Hii quidem enim superhabundant, hii autem deficiunt. Hic autem medio modo habet et ut oportet. Et audaces quidem prevolantes ante pericula, in ipsis autem discedunt. Fortes autem in operibus acuti, prius autem quieti. Quemadmodum igitur dictum est, medietas est circa ausibilia fortitudo et terribilia in quibus dictum est, et quoniam bonum desiderat et sustinet, vel quoniam turpe non. Mori autem fugientem inopiam vel cupidinem vel aliquid triste non fortis, sed magis timidi. Mollities enim fugere laboriosa, et non quoniam bonum sustinet, sed fugiens malum. Est quidem igitur fortitudo tale quid.

Dicuntur autem et alie secundum quinque modos. Primo quidem politica. Maxime enim assimilatur. Videntur enim sustinere pericula cives propter eas que ex legibus increpationes et obprobria et propter honores. Et propter hoc fortissimi videntur esse apud quos timidi inhonorati, fortes autem honorati. Tales et Homerus facit fortes, puta Diomedem et Hectora. Polidamas mihi primus redargutionem reponet, et Diomedes, Hector enim dicet in Troyanis concionans Tidides a me. Assimilatur autem hec maxime

ei quae per ius est. Quoniam propter virtutem fit, propter verecundiam enim et boni desiderium, honoris enim gratia et fugam opprobrii turpis existentis. Apponet autem utique aliquis et a principibus coactos. Deteriores autem quanto non propter verecundiam, sed propter timorem id operantur, et fugientes non turpe, sed triste. Cogunt enim domini quemadmodum Hector: quem autem ego seorsum bello timentem intelligam, non sufficiens ei erit fugere canes. Et qui preponunt et si recedant percucientes idem operantur; et qui ante muros foveas et talia preordinant. Omnes enim cogunt. Oportet autem non propter necessitatem fortem esse sed quoniam bonum. Videtur autem et experiencia esse que circa singula fortitudo esse. Unde et Socrates existimavit scientiam esse fortitudinem. Tales autem alii quidem in aliis, in bellicis autem milites. Videntur enim multa vana belli, que maxime conspexerunt isti. Videntur utique fortes quoniam non sciunt alii qualia sunt. Deinde facere et non pati maxime possunt ex experiencia et custodire et percutere, potentes uti armis et talia habentes qualia utique erunt et ad facere et ad non pati fortissima. Quemadmodum igitur inermibus armati pugnant et athlete ydiotis. Et enim in talibus agonibus non fortissimi pugnacissimi sunt, sed maxime potentes et corpora optima habentes. Milites autem timidi fiunt quando superexcedit periculum et deficiunt multitudine et preparationibus. Primi enim fugiunt; civilia autem permanencia moriuntur, quod et in Hermeon contigit. His enim turpe fugere, et mors tali salute eligibilior. Hii autem ex principio periclitabantur ut meliores existentes, cognoscentes autem fugiunt mortem magis turpi timentes. Fortis autem non talis. Et furorem autem ad fortitudinem inferunt. Fortes enim esse videntur et qui propter furorem, quemadmodum fere in vulnerantes feruntur, quoniam et fortes furiosi. Impetuosissimum enim furor ad pericula, unde Homerus: virtutem immisit furori, et virtutem furorem erigit, et austeram autem singultus nares virtutem, et ebullivit sanguis. Omnia enim talia videntur significare furoris erectionem et impetum. Fortes quidem igitur propter bonum operantur, furor autem cooperatur eis. Fere autem propter tristiciam, propter vulnerari vel propter timere, quia si in silva vel in palude essent non advenirent. Non utique sunt fortes a dolore et furore impulsa ad periculum nichil previdentes, quia sic et asini fortes essent esurientes. Percussi enim non deficiunt a pascua. Sed adulteri propter concupiscentias et audacia multa operantur. Non utique sunt fortia propter dolorem vel furorem impulsa ad periculum. Naturalissima autem videtur que propter furorem esse, et assumpta electione et cuius gratia fortitudo. Et homines utique quidem dolent irascentes, delectantur autem punientes. Qui autem propter hoc pugnantes pugnaces, non fortes autem; non enim propter bonum neque ut ratio, sed propter passionem. Simile autem habent aliquid. Neque utique bone spei existentes fortes; propter multotiens enim et multos vincere confidunt in periculis. Similes autem quoniam ambo audaces. Sed fortes quidem propter dicta audaces, hii autem propter existimare meliores esse et nichil utique pati. Tale autem faciunt et inebriati; bene sperantes enim fiunt. Quando autem non ipsis acciderit talia, fugiunt. Fortis autem erat terribilia homini existencia et apparencia sustinere, quoniam bonum vel turpe. Propter quod et fortioris videtur esse in repentinis timoribus impavidum et inturbatum esse quam in premanifestis. Ab habitu enim magis vel quoniam minus ex preparatione. Premanifesta quidem enim utique et ex ratione et cogitatione preeligat aliquis, repentina

autem secundum habitum. Fortes autem videntur et ignorantes, et sunt non longe ab hiis qui bone spei. Deteriores autem quanto dignitatem nullam habent, illi autem. Propter quod et permanent per aliquod tempus. Hii autem decepti, si cognoverint quoniam aliud vel suspicentur, fugiunt, quod Argivi patiebantur incidentes Laconibus ut Sicioniis. Et fortes utique dicti sunt quales, et qui existimati fortes.

Circa audacias autem et timores fortitudo existens non similiter est circa ambo, sed magis circa terribilia. In hiis enim inturbatus existens et hic ut oportet habens fortis magis quam qui circa audacias. Sustinendo utique tristia dicti sunt fortes. Unde propter quod et tristis fortitudo, et iuste laudatur. Difficilius enim tristia sustinere quam a delectabilibus abstinere. Sed adhuc videbitur utique esse que secundum fortitudinem finis delectabilis, ab hiis enim que circa finem evanescere, quale et in gymnasticis agonibus fit. Pugilibus enim finis delectabilis cuius gratia corona et honores; percuti autem dolorosum, siquidem carnales, et triste omnis labor. Propter multa autem hoc esse parvum existens quod cuius gratia nichil delectabile videtur. Si ergo utique et tale est quod est fortitudinis, mors quidem et vulnera tristia forti et volenti erunt. Sustinebit autem hec quoniam bonum vel quoniam turpe non. Et quanto utique virtutem habeat omnem et felicior magis, in morte tristabitur. Tali enim maxime vivere dignum, et iste maximis bonis privatur sciens. Triste autem hoc. Sed nichil minus fortis, forsitan autem et magis, quoniam in bello bonum pro illis eligit. Non utique autem in omnibus virtutibus delectabiliter operari existit, nisi quantum finem attingit. Milites autem quidem igitur optimos nichil prohibet non esse tales, sed eos qui minus quidem fortes, aliud autem bonum nullum habentes. Parati quidem enim isti ad pericula, et vitam ad parva permittunt. De fortitudine quidem igitur in tantum dictum sit. Quid autem non difficile typo accipere ex hiis que dicta sunt.

Post hoc de temperantia dicamus. Videntur enim irrationabilium partium hee esse virtutes. Quoniam quidem igitur medietas est circa delectationes temperantia, dictum est a nobis. Minus enim et non similiter est circa tristicias. In hiis autem et intemperantia videtur. Circa quales igitur delectationes nunc determinetur. Dividantur autem anime et corporales, puta amor honoris, amor discipline. Uterque enim horum gaudet eo quod amatur, nichil paciente corpore sed magis intellectu. Qui autem circa tales delectationes neque temperati neque intemperati dicuntur. Similiter autem neque qui circa alias quascumque non corporales sunt. Amatores enim fabularum et narratores et de contingentibus consumentes dies garrulos, intemperatos autem dicimus non, neque contristatos in pecuniis vel amicis. Circa corporales autem utique erit temperantia, non circa omnes neque has. Qui enim gaudent hiis que per visum, puta coloribus et figuris et pictura, neque temperati neque intemperati dicuntur. Quamvis videatur utique esse et ut oportet gaudere et hiis, et secundum habundantiam et defectum. Similiter autem et hiis que circa auditum. Superabundanter enim gaudentes melodiis et ypocrisi nullus intemperatos dicit, neque eos qui ut oportet temperatos. Neque eos qui circa odoratum, preter secundum accidens. Gaudentes enim malorum vel rosarum vel thimiamatum odoribus non dicimus intemperatos, sed magis eos qui unguentorum et pulmentorum. Gaudent enim hiis intemperati quoniam per hoc rememoratio fit eis concupiscibilium. Videbit autem utique aliquis et alios qui esuriunt gaudentes cibariorum odoribus. Talibus autem gaudere intemperati huius.

[illegible marginal gloss]

concupiscibilis. Sed neque in aliis animalibus secundum has delectatio est, nisi secundum accidens. Non enim odoratibus leporum gaudent canes, sed cibatione; sensum autem odor fecit. Sed neque leo voce bovis, sed comestione. Quoniam autem prope est per vocem sentit, et gaudere utique hoc videtur. Similiter autem neque videns neque inveniens cervum vel agrestem capram, sed quoniam cibum habebit. Circa tales itaque delectationes temperantia et intemperantia, quibus et reliqua animalia communicant; unde serviles et bestiales videntur. Hae autem tactus et gustus. Videntur utique et gustu in parvum vel nihil uti. Gustus enim est iudicium saporum, quod faciunt vina probantes et pulmenta condientes. Non autem multum gaudent his, vel non intemperati, sed usu, quod fit omnis per tactum et in cibis et potibus et veneris dictis. Propter quod oravit quidam Philoxenus Eryxius, pulmentorum existens, guttur ipsius longius grue fieri, ut delectatus tactu. Communissimus autem sensuum tactus, secundum quem intemperantia. Et videbitur utique iuste exprobrabilis esse, quoniam non secundum quod homines sumus existit, sed secundum quod animalia. Talibus autem gaudere et maxime diligere bestiale. Et enim liberalissimae earum quae per tactum delectationum ablatae sunt, puta quae in gymnasiis per confricationem et calefactionem fiunt. Non enim est circa totum corpus intemperati tactus, sed circa quasdam partes.

operari preter optimum nullum confitentur. Et propter hoc incontinentem aiunt non scientiam habentem obtineri a voluptatibus sed opinionem. At vero si quidem opinio et non scientia, neque fortis existimatio resistens sed quieta, quemadmodum in dubitantibus, venia in non permanendo in hiis contra concupiscentias fortes; pravitati autem non venia, neque aliorum nullo vituperabilium. Prudentie igitur contradicente; hec enim fortissimum. Sed inconveniens; erit enim simul prudens et incontinens idem. Dicet autem utique nullus prudentis esse operari voluntarie pessima. Cum hiis autem ostensum est prius quoniam activus quidem prudens; extremorum enim quis et alias virtutes habens. Adhuc si quidem in eo quod est concupiscentias fortes habere et pravas continens, non erit temperatus continens neque continens temperatus; neque enim superfluas temperati neque pravas habere. At vero oportet; si enim utiles concupiscentie, prava est prohibens non sequi habitus, quare continentia non omnis studiosa; si autem debiles et non prave, nichil venerabile, neque si prave et debiles, nichil magnum. Adhuc si omnem opinionem permanentem facit continentia, prava, puta si et falsam. Et si omnis incontinentia egressivum a quacumque opinione, erit aliqua studiosa incontinentia, puta Sophoclis Neoptolemus in Philoctete; laudabilis enim non permanens in quibus persuasus est ab Ulixe propter tristari mentiens. Adhuc sophisticus sermo mentiens dubitatio; propter enim paradoxa volentes arguere ut sapientes sint cum attigerint, facta sillogismus dubitatio fit; ligata enim est mens quando manere quidem non vult propter non placere conclusum, procedere autem non potest propter solvere non habere rationem. Accidit autem ex quodam sermone insipientiam cum incontinentia virtutem; operatur enim contraria quibus opinatur propter incontinentiam; opinabatur autem bona mala esse et non oportere operari, quare bona et non mala operabitur. Adhuc in persuadendo operans et persequens delectabilia et eligens melior utique videbitur eo qui non propter rationem sed propter incontinentiam; sanabilior enim propter dissuaderi utique. Incontinens autem regens proverbium quod aiunt: cum aqua suffocat, quid oportet superbibere? Si quidem enim persuasus esset quod agit, dissuadens utique quiesceret; nunc autem suasus aliud nichilominus agit. Adhuc si circa omnia continentia est et incontinentia, quis simpliciter incontinens? Nullus enim omnes habet incontinentias, dicimus autem quosdam simpliciter. Dubitationes quidem igitur tales quedam accidunt; horum autem hec quidem interimere oportet, hec autem relinquere. Solutio enim dubitationis inventio est.

Primum quidem igitur intendendum utrum scientes vel non, et qualiter scientes. Deinde circa qualia continentem et incontinentem ponendum, dico autem utrum circa omnem delectationem et tristitiam vel circa quasdam segregatas. Et continentem et perseverativum utrum idem vel alter. Similiter autem et de aliis quecumque congenera sunt speculationi huic. Est autem principium intentionis utrum continens sit et incontinens eo quod circa que vel qualiter habentes differentiam; dico autem utrum eo quod circa hec solum incontinens et continens vel non, sed eo quod qualiter, vel non, sed ex amborum. Deinde si circa omnia est incontinentia et continentia vel non. Neque enim circa omnia est simpliciter incontinens, sed circa que intemperatus; neque eo quod ad hec simpliciter habet, erit enim utique idem intemperantie, sed eo quod sic habet. Hic quidem enim ducitur eligens, existimans semper oportere presens delectabile persequi; hic autem non existimat quidem, persequitur autem. De eo quidem igitur quod est opinionem veram sed non scientiam preter quam incontinentes agunt, nichil differt ad rationem. Quidam enim opinantes non dubitant, sed existimant certe scire. Si ergo propter quiete existimare opinantes magis quam scientes preter opinionem agunt, nichil differt scientia ab opinione; quidam enim credunt nichil minus quibus opinantur quam alii quibus sciunt. Ostendit autem Eraclitus. Sed quia dupliciter dicimus scire, et enim qui habet quidem non utens autem scientia et qui utens dicitur scire, differt habentem quidem non speculantem agere que non oportet agere vel habentem et speculantem.

Hoc enim videtur durum, sed non si non speculans. Adhuc quoniam duo modi propositionum, habentem quidem utrasque nichil prohibet operari preter scientiam, utentem tamen universali sed non particulari; operabilia enim singularia. Differt autem et universale; hoc quidem enim in ipso, hoc autem in re est, puta quoniam omni homini conferunt sicca, et quoniam iste homo, vel quoniam siccum tale. Sed si hoc tale, vel non habet vel non operatur. Secundum hos utique differre modos tantum quantum neque videri inconveniens sic scire, alio autem mirabile. Adhuc habere scientiam alium modum quam nunc dicti existit hominibus. In eo enim quod est habere et non uti videmus differentem habitum, quare et habere aliqualiter et non habere, puta dormientem et insanientem et ebrium. At vero sic disponuntur existentes in passionibus; ire enim et concupiscentie venereorum et quedam talium manifeste et corpus transmutant, quibusdam autem et insanias faciunt. Manifestum igitur quod similiter habere dicendum incontinentes hiis. Dicere autem sermones eos qui a scientia nichil signum; et enim qui in passionibus hiis existentes demonstrationes et versus dicunt Empedoclis, et addiscentes primum complectuntur sermones, sciunt autem nondum; oportet enim connasci, hoc autem tempore indiget. Quare quemadmodum simulantes sic existimandum dicere et incontinentes. Adhuc autem et sic utique naturaliter aliquis speculabitur causam. Hec quidem enim universalis opinio, altera autem de singularibus est, quorum sensus iam dominus. Quando autem una fiet ex ipsis, necesse conclusum hic quidem dicere animam, in factivis autem operari confestim; puta si omne dulce gustare oportet, hoc autem dulce ut unum singularium, necesse potentem et non prohibitum simul hoc operari. Quando igitur hec quidem universalis inest prohibens gustare, hec autem quoniam omne dulce delectabile, hoc autem dulce, hec autem operatur, sit forte autem concupiscentia inexistens, hec quidem dicit fugere hoc, concupiscentia autem ducit; movere enim potest unamquamque particularum. Quare accidit a ratione aliqualiter et opinione incontinentem agere, contraria autem non per se sed per accidens; concupiscentia enim, sed non opinio, contraria recte rationi. Quare et propter hoc bestie non incontinentes, quia non habent universalium opinionem, sed singularium fantasiam et memoriam. Qualiter autem solvitur ignorantia et rursus fit sciens incontinens, eadem ratio et de ebrio et dormiente et non propria huius passionis, quam oportet a physiologis audire. Quoniam autem ultima propositio et opinio sensibilis et principalis actionum, hanc vel non habet in passione ens, vel sic habet ut non erat scire, sed dicere quemadmodum ebrius Empedoclem. Et propter non universale neque scientificum similiter videri esse ultimum terminum universali, et videtur quod querebat Socrates accidere; non enim principaliter scientia presente fit passio, neque ipsa attrahitur propter passionem, sed sensitiva. De eo quidem igitur quod est scientem et non, et qualiter scientem contingit incontinentem esse, tanta dicta sint.

Utrum autem aliquis simpliciter incontinens sit, vel omnes secundum partem, et si est, circa qualia, dicendum deinceps. Quoniam quidem igitur circa delectationes et tristitias sunt continentes et perseverantes et incontinentes et molles, manifestum. Quoniam autem sunt que quidem necessaria faciencium delectationem, hec autem eligibilia quidem secundum se, habentia autem superhabundantiam; necessaria quidem corporalia, dico autem talia, que circa cibum et venereorum usum et talia corporalium circa que intemperantiam posuimus et temperantiam; non necessaria autem, eligibilia autem secundum se, dico puta victoriam, honorem, divitias et talia bonorum et delectabilium. Eos quidem igitur qui ad hec preter rectam rationem superexcellunt eam que in ipsis, simpliciter quidem non dicimus incontinentes, apponentes autem pecunie incontinentes et lucri et honoris et ire, simpliciter autem non, ut alteros et secundum similitudinem dictos, quemadmodum homo qui Olympia vicit; illi enim communis ratio a propria parum differebat, sed tamen altera erat. Signum autem: incontinentia enim vituperatur non ut peccatum solum, sed et ut malitia quedam, vel simpliciter existens vel secundum quandam partem.

et horum autem nullus. Eorum autem que circa corporales voluptates circa quas diximus temperatum et intemperatum vel non
qui eligendo et non eligendo delectationes consequens superhabundancias et eum fugiens esuriei et sitis et
caloris et frigoris et omnium que circa tactum et gustum, sed preter electionem incontinens dicitur, sic
secundum appositionem quoniam circa has iram, sed simpliciter solum. Signum autem et molles dicuntur circa has et
circa illarum autem nullas. Et propter hoc incontinentem et intemperatum ponimus et continentem et temperatum, sed
illorum nullum, propter circa easdem aliqualiter voluptates et tristicias esse. Hii circa has sunt, sed non similiter
sunt, sed hii quidem eligunt, hii autem non eligunt. Propter quod magis utique intemperatum dicimus quicumque non concu-
piscentes vel quiete prosequitur superhabundancias et fugit moderatas tristicias, quam hunc propter concupis-
centiam valde. Quid enim utique ille faceret si adesset concupiscencia iuvenilis et circa necessaria indigencias.
Omnium autem concupiscentiarum et delectationum hec quidem sunt genere bonorum. Et quoniam fortis
norum et studiosorum. Delectabilium autem quedam non eligibilium, quedam autem intermedia, quemadmodum et ante
divisimus prius, puta pecunie et lucri et victorie et honoris. Ad omnia autem et talia et in-
media non ... et concupiscere et amare vituperantur, sed aliqualiter superhabundare. Propter quod qui-
cumque preter rationem vel dominantur vel persequuntur eorum que non aliquid plurimorum et bonorum, puta circa honorem et magis quam
oportet studentes velut circa filios et parentes et non ... bonorum et laudantur qui circa hec student. Sed et
quedam superhabundancia et in hiis sicut quidem Niobe rebellis et ad deos quemadmodum Satyrus Philo-
pator cognominatus circa patrem; valde enim videbatur desipere. Malicia quidem igitur nulla circa hec propter
id quod dictum est, quoniam non eligibilium unumquodque propter seipsum, prave autem et fugiende sunt eorum super-
habundancie. Similiter autem neque incontinencia, incontinencia enim non solum fugiendorum, sed et vituperabilium est.
Propter similitudinem autem passionis apponentes incontinenciam circa unumquodque dicunt, puta malum medi-
cum et malum ypocritam quem simpliciter non utique dicerent malum. Quemadmodum igitur neque hic propter non ma-
liciam unumquodque ipsorum esse, sed quia analogum similiter, sic videlicet et illic ... solam in-
continentiam et continenciam que circa eadem temperancie et intemperancie. Circa iram autem secundum similitudinem dicimus:
propter quod et apponentes incontinentem ire quemadmodum honoris et lucri dicimus. Cum autem sint quedam delecta-
bilia natura, et horum hec quidem simpliciter, hec autem secundum genera et animalium et hominum, hec autem non sunt, sed hec quidem propter passiones
hec autem propter consuetudines fiunt, hec autem propter pravas naturas, est et circa horum singula similes videre habitus.
Dico autem bestiales, puta in homine quam dicunt pregnantes rescindentem pueros devora-
re, vel qualibus bestialibus gaudere aiunt quosdam silvestrium circa Pontum, hos quidem crudis, hos autem
hominum carnibus, hos autem pueros commodare invicem ad convivium, vel circa Phalarim dictum.
Hii quidem bestiales. Hii autem propter egritudines fiunt ... quandam matrem sacrificantem
et comedentem conservi epar. Hii autem egritudinales vel ex consuetudine, puta pilorum evulsiones et
unguium corrosiones, adhuc autem carbonum et terre, cum hiis et que venereorum masculis.
Hiis quidem enim natura, hiis autem ex consuetudine accidunt, puta iniuriatis ex pueris. Quibuscumque quidem igitur
natura causa, hos utique nullus dicet incontinentes, quemadmodum neque mulieres quoniam non ducunt sed ducuntur.
Similiter autem et egritudinaliter habentibus propter consuetudinem. Habere quidem igitur singula horum extra terminos ma-
licie, quemadmodum et bestialitas. Habentem autem superare vel superari non simpliciter incontinencia, sed que secundum
similitudinem, quemadmodum et circa iras habentem hunc modum passionis incontinentem autem non simpliciter dicendum.

Omnis enim superhabundans malicia et insipiencia et timiditas et intemperancia et crudelitas hec quidem bestiales,
hec autem egritudinales sunt. Hic quidem enim talis natura qui timet omnia et si sonum faciat mus,
bestiali timiditate timidus. Hic autem mustelam timuit propter egritudinem. Et insipientium
hii quidem natura irrationales et solum sensu viventes bestiales, quemadmodum quedam genera longe barbarorum;
hii autem propter egritudines, puta epilepticas, vel manias egritudinales. Horum autem est quandoque
quidem habere quedam, non superari autem. Dico autem puta si Phalaris tenuit concupiscens pueri
comedere vel ad venereorum inconvenientem delectationem. Est autem et superari, non solum habere. Quemadmodum
et malicia que quidem secundum hominem simpliciter dicitur malicia, hec autem secundum appositionem quoniam bestialis vel egri-
tudinalis, simpliciter autem non. Secundum eundem modum videlicet incontinencia est hec quidem bestialis, hec autem egritudinalis,
simpliciter autem que secundum humanam intemperanciam sola. Quoniam quidem igitur continencia et incontinencia est solum circa que intemperancia et tempe-
rancia, et quoniam circa alia est alia species incontinencie dicta secundum metaphoram et non simpliciter, manifestum.
Ostendamus autem et minus turpis incontinencia que ire quam que concupiscentiarum speculabimur. Videtur enim ira audi-
re quidem rationem, obaudire autem, quemadmodum veloces ministrorum, qui priusquam audire omne dictum ex-
eunt, deinde peccant ordine, et canes antequam intendere si amicus, si solum sonum faciat, latrant.
Sic ira propter caliditatem et velocitatem nature audiens quidem, non preceptum autem audiens, movetur ad punitio-
nem. Ratio quidem enim vel fantasia quoniam iniuria vel despectio manifestavit. Hec autem quemadmodum sillogizans quoniam
oportet tali oppugnare, irascitur confestim. Concupiscencia autem si solum dicat quoniam delectabile ratio vel sensus,
movetur ad fruitionem. Quare ira sequitur rationem aliqualiter, concupiscencia autem non. Turpior igitur. Incontinens
quidem ire a ratione aliqualiter vincitur, hic autem concupiscencie et non a ratione. Adhuc naturalibus magis venia
consequi appetitibus, quia et concupiscentiis talibus magis que communes omnibus et in quantum communes.
Ira autem naturalius et difficultas concupiscentiis hiis que superhabundancie et non necessariis. Quemadmodum qui se
patrem percutit. Et enim iste dixit: et hic suum ipsius et ille eum qui superius; et puerum ostendens et
iste me dixit cum vir fiat, cognatum enim nobis. Et trahens a filio desistere iussit apud
hostium; et enim ipse patrem trahere usque huc. Adhuc iniustiores magis insidiantes. Iracundus
quidem non insidiator neque ira, sed manifestus. Concupiscencia autem quemadmodum Venerem aiunt do-
losam enim Cypro genitam, et variam corrigiam Homerus, deceptio furata est et intellectum spissi
sapientis. Quare siquidem iniustior et turpior incontinencia hec ea que circa iram est, et simpliciter incontinencia et
malicia aliqualiter. Adhuc nullus iniuriatur tristatus. Qui autem ira facit omnis facit tristatus.
Iniurians autem cum delectatione. Si igitur quibus irasci maxime iustum, hec iniustiora, et incontinencia que propter
concupiscentiam. Non enim est in ira iniuria. Quod quidem igitur turpior que circa concupiscentias incontinencia ea que circa i-
ram, et quoniam est continencia et incontinencia circa concupiscentias et delectationes
corporales, manifestum. Harum autem ipsarum differentias accipiendum. Quemadmodum enim dictum est principio, hec quidem huma-
ne sunt et naturales et genere et magnitudine, hec autem bestiales, hec autem orbitates et pas-
siones et egritudines. Harum autem circa quasdam temperancia et intemperancia solum, propter quod et bestias ne-
que temperatas neque intemperatas dicimus, sed vel secundum metaphoram et si aliquo toto aliud ab alio differt genus anima-
lium contumelia et synomenia et omni vorare esse. Non enim habent electionem neque rationem,
sed discesserunt a natura quemadmodum amentes hominum. Minus autem bestialitas malicia, me-

¶ [illegible]

bilis autem non corruptum et optimum gradus in hoc si corrumpitur et non habet sicut autem igitur qui
ad opere ad ... peior innocentiorem putas ... non habitus ... recte ...
... sic igitur opere iniusticiam ad hominem iniustum ... ut ... peior ... milies ...
... mala faciet malus homo bestia

Circa eas autem que per tactum et gustum delectaciones et tristicias et concupiscencias et fugas ...
... [illegible]

[illegible]

[illegible] solum sciendo sed et eo quod operativus, incontinens autem non operativus. Dolosum autem nihil prohibet incontinentem esse. Propter quod et videntur quandoque prudentes quidam esse, incontinentes autem, propter dolosos differre a prudentia secundum modum dictum in primis sermonibus, et secundum rationem quidem prope esse, differre autem secundum electionem. Neque utique ut sciens et speculans, sed ut dormiens vel inebriatus. Et volens quidem, sciens enim aliqualiter et quid facit et cuius gratia; malus autem non, electio enim epiikes; quare semimalus. Et non iniustus, non enim insidiator. Hic quidem enim ipsorum non permansivus in his quae consiliatus, melancholicus autem neque consiliativus omnino. Et assimilatur utique incontinens civitati quae decernit quidem omnia quae oportet et leges habet studiosas, utitur autem nulla, quemadmodum Anaxandrides trufavit: Civitas volebat cui legum nihil cura. Malus autem utens quidem legibus, pravis autem utens. Est autem incontinentia et continentia circa excellens eum qui multorum habitum; hic quidem enim manet magis, hic autem minus potentia plurimorum. Sanabilior autem incontinentiarum quam melancholici incontinent eorum qui consiliantur quidem, non immanentium autem; et qui per consuetudinem incontinentes his qui natura. Facilius enim consuetudinem transmutare natura; propter hoc enim consuetudo difficilis, quoniam naturae assimilatur, quemadmodum et Evenus dicit: Audio diuturnam meditationem amice esse, et utique hanc hominibus finientem naturam esse. Quid quidem igitur est continentia et incontinentia et perseverantia et mollities, et qualiter habent hi habitus ad invicem, dictum est.

De delectatione autem et tristitia speculari eius qui politicam philosophatur. Iste enim finis architecton, ad quem respicientes unumquodque hoc quidem malum, hoc autem bonum simpliciter dicimus. Adhuc autem et necessarium intendere de ipsis. Et enim virtutem et maliciam moralem circa tristitias et delectationes posuimus, et felicitatem plurimi cum delectatione aiunt esse. Propter quod et beatum nominaverunt a gaudere. His quidem igitur videtur nulla delectatio esse bonum, neque secundum se neque secundum accidens; non enim esse idem bonum et delectationem. His autem quaedam esse, multae autem pravae. Adhuc autem horum tertium, si et omnes bonum, tamen non contingere esse optimum delectationem. Totaliter quidem igitur non bonum, quia omnis delectatio generatio est in naturam sensibilis, nulla autem generatio congenea finibus, puta nulla aedificatio domui. Adhuc temperatus fugit delectationes. Adhuc prudens persequitur quod sine tristitia, non quod delectabile. Adhuc impedimentum ei quod est sapere delectationes, et quanto magis gaudet, magis, puta eam quae venereorum; nullum enim utique possibile intelligere in ipsa. Adhuc ars nulla delectationis; quamvis omne bonum artis opus. Adhuc pueri et bestiae persequuntur delectationes. Hoc autem non omnes studiosas, quoniam sunt et turpes et exprobratae, et quia nocivae; aegrotativa enim quaedam delectabilia. Quod autem non optimum delectatio, quoniam non finis sed generatio. Quae quidem igitur dicuntur fere haec sunt.

Quoniam autem non accidit propter haec non esse bonum neque optimum, ex his manifestum. Primum quidem quoniam bonum dupliciter, hoc quidem simpliciter, hoc autem huic, et naturae et habitus consequentur, quare et motus et generationes; et quae videntur pravae, hae quidem simpliciter pravae, huic autem non sed eligibiles huic, quaedam autem neque huic sed aliquando et parvo tempore eligibiles, simpliciter autem non; hae autem neque delectationes sed videntur, quaecumque cum tristitia et medicinae gratia, puta quae laborantium. Adhuc quoniam boni hoc quidem operatio, hoc autem habitus, secundum accidens restitutivae in naturalem habitum delectabiles sunt. Est autem operatio in concupiscentiis reliqui habitus et naturae; quoniam et sine tristitia et concupiscentia sunt delectationes, puta quae speculari operationes, natura non indigente. Signum autem, quoniam non eodem delectabili gaudent repleta natura et restituta, sed restituta quidem et simpliciter delectabilibus, repleta autem et his quae contraria; et acutis et amaris gaudent, quorum nullum neque natura delectabile neque simpliciter delectabile. Quare neque delectationes; ut enim delectabilia ad invicem distant, sic et delectationes ab his. Adhuc non necesse alterum quid esse melius delectatione, quemadmodum quidam aiunt finem generatione; non enim generationes sunt neque cum generatione omnes,

sed operationes et finis, neque fiunt adeuntibus sed utentibus. Et non omnium alterius finis, sed eorum qui in perfectionem naturae ducuntur. Propter quod et non bene habet sensibilem generationem dicere esse delectationem, sed magis dicendum operationem eius qui secundum naturam habitus, pro eo autem quod sensibile ponendum non impeditam. Videtur autem generatio quaedam esse quoniam principaliter bonum; operationem enim generationem existimant esse, hoc autem alterum est. Esse autem pravas quia aegrotativa quaedam delectabilia, eadem ratione et quia sana quaedam prava ad pecuniam. Hoc quidem igitur prava ambo, sed non prava secundum hoc, quia et speculari nocet aliquando ad sanitatem. Impedit autem neque prudentiam neque habitum neque unum quam ab unoquoque delectatio, sed alienae; quia quae a speculari et discere magis facient speculari et discere. Artis autem non esse opus neque unam delectationem rationabiliter; neque enim alterius operationis nullius ars est, sed potentiae. Quamvis et unguentaria ars et pulmentaria videatur delectationis. Temperatum autem fugere et prudentem persequi vitam sine tristitia, et pueros et bestias persequi, eodem solvuntur omnia. Quoniam enim dictum est qualiter bonae simpliciter et qualiter non bonae omnes delectationes, tales et pueri et bestiae persequuntur, et harum non tristitiam prudens, quae cum concupiscentia et tristitia, et corporales (tales enim hae), et harum superabundantias, secundum quas intemperatus intemperatus. Propter quod temperatus fugit has, quoniam sunt delectationes et temperati.

Sed tamen et quoniam et tristitia malum confessum et fugiendum. Haec quidem enim simpliciter malum, haec autem in eo quod aliqualiter impeditiva. Fugiendo autem contrarium, ut fugiendum et malum, bonum. Necessarium igitur delectationem bonum quoddam esse. Ut enim Speusippus solvebat, non contingit solutio, quemadmodum maius minori et aequali contrarium. Non enim utique dicet quod vere malum quid est delectatio. Optimum autem nihil prohibet delectationem aliquam esse, si quaedam pravae delectationes, quemadmodum et scientiam quandam quarumdam pravarum existentium. Forte autem et necessarium, siquidem uniuscuiusque habitus sunt operationes non impeditae, sive omnium operatio est felicitas sive alicuius harum, si fuerit impedita, eligibilissimam esse. Haec autem est delectatio. Quare utique erit aliqua optimum, multis delectationibus pravis existentibus, si contingit simpliciter. Et propter hoc omnes felicem delectabilem putant vitam esse, et implicant delectationem in felicitatem rationabiliter. Nulla enim operatio perfecta impedita, felicitas autem perfectorum. Propter quod indiget felix his quae in corpore bonis et his quae extra et fortuna, ut non impediatur secundum haec. Qui autem eum qui torquetur et in infortuniis magnis incidentem felicem dicentes esse, si sit bonus, vel volentes vel nolentes nihil dicunt. Propter indigere autem fortuna videtur quibusdam idem esse bona fortuna felicitati, non existente, quia et ipsa superexcellens impedimentum est; et forte non adhuc bonam fortunam vocare iustum; ad felicitatem enim terminus eius. Et persequi autem omnes et bestias et homines delectationem signum quoddam eius quod sit aliqualiter optimum ipsam: Fama autem non omnino perditur quam multi populi famant. Sed quoniam non eadem neque natura neque habitus optima neque est neque videtur, neque delectationem persequuntur eandem omnes, delectationem tamen omnes. Forte autem et persequuntur non quam existimant neque quam utique dicerent, sed eandem; omnia enim natura habent aliquid divinum. Sed assumpserunt nominis hereditatem corporales delectationes, propter plures declinare ad ipsas et omnes participare ipsis. Propter solas igitur notas existere has solas putant esse. Manifestum autem et quoniam si non delectatio bonum et operatio, non erit vivere delectabiliter felicem; cuius enim gratia indigebit ipsa, si quidem non bonum, sed et tristari contingit vivere; neque malum neque bonum tristitia, si quidem neque delectatio. Quare propter quid utique fugeret? Neque utique delectabilior vita studiosi, si non et operationes ipsius.

De corporalibus autem delectationibus intendendum dicentibus quoniam quaedam delectationes eligibiles valde, puta bonae, sed non corporales et circa quas intemperatus.

Propter quod igitur consequentes excellentie male. Malo enim bonum contrarium. Vel sic bone necessarie quoniam et non malum bonum est. Vel usque ad hoc bone. Habituum quidem enim et motuum quorum non est melioris superexcellentia, neque delectationis. Quorum autem est, et delectationis est. Corporalium autem bonorum est superexcellentia, et pravus persequendo superexcellentiam, sed non necessarias. Omnes enim gaudent aliqualiter et pulmentis et vino et venereis, sed non ut oportet. Contrarie autem in tristitia. Non enim superexcellentiam fugit, sed totaliter. Non enim superexcellentie est tristitia contraria, sed persequenti superexcellentiam. Quoniam autem non solum oportet verum dicere, sed et causam falsi. Hoc enim confert ad fidem. Cum enim rationabile appareat propter quod videtur verum non ens verum, credere facit vero magis. Quare dicendum propter quid videntur corporales delectationes eligibiliores. Primum quidem utique quoniam expellit tristitiam, et propter superexcellentias tristitie ut existente medicina delectationem persequuntur superexcellentem et totaliter corporalem. Vehementes autem fiunt medicine, propter quod et contrarie propter iuxta contrarium apparere. Et non studiose videntur utique delectationes propter duo hec, quemadmodum dictum est, quoniam hee quidem prave nature sunt operationes vel ex generatione, quemadmodum bestie, vel propter consuetudinem, quemadmodum pravorum hominum. Hee autem medicine, quoniam indigentis, et habere melius quam fieri. Hee autem accidunt hiis qui perficiuntur. Per accidens igitur studiose.

Adhuc persequuntur sunt propter vehementes esse ab non potentibus aliis gaudere. Ipsi igitur sibi ipsis sitim quandam preparant. Quando quidem igitur innocuas, irreprehensibile; quando autem nocivas, pravum. Neque enim habent altera in quibus gaudent, neutrum autem multis triste propter naturam. Semper enim laborat animal, quemadmodum et naturales sermones testantur, videre, audire dicentes esse triste. Sed iam assueti sumus, ut aiunt. Similiter autem in iuventute quidem propter augmentum quemadmodum inebriati disponuntur, et delectabile iuventus. Qui autem melancolici natura semper indigent medicina. Etenim corpus propter complexionem continue in appetitu vehementi est. Expellit autem delectatio tristitiam et que contraria et que contingens, si sit fortis. Et propter hoc intemperati et pravi fiunt. Que autem sine tristitiis, non habent superexcellentiam. Hee autem que natura delectabilium et non per accidens. Dico autem per accidens delectabilia medicinalia. Quoniam enim accidit sanari, sustinente aliquo operante, propter hoc delectabile videtur esse. Natura autem delectabilia que faciunt actum talis nature. Non semper autem nullum idem delectabile propter non simplicem nostram naturam esse, sed esse aliquid et alterum, secundum quod corruptibilia. Quare si aliquid alterum agat, hoc alterius nature preter naturam. Cum autem adequatur, neque triste videtur neque delectabile quod agitur. Quoniam si alicuius natura simplex sit, semper eadem actio delectabilissima erit. Propter quod deus unam et simplicem semper gaudet delectationem. Non enim solum motus est operatio, sed et immobilitatis. Et delectatio magis in quiete est quam in motu. Transmutatio autem omnium dulcissimum secundum poetam propter maliciam quandam. Quemadmodum enim homo facile transmutabilis malus, et natura indigens transmutatione. Non enim simplex neque epyeikes. De continentia quidem igitur et incontinentia et delectatione et tristitia dictum est, et quid unumquodque, et qualiter hec quidem bona ipsorum sunt, hec autem mala. Reliquum autem et de amicitia dicemus.

Post hec autem de amicitia sequitur utique pertransire. Est enim virtus quedam vel cum virtute. Adhuc autem necessarissimum in vitam. Sine amicis enim nullus utique eliget vivere, habens reliqua bona omnia. Etenim divitibus et principatus et potentatus possidentibus videtur amicis maxime esse opus. Que enim utilitas talis bone fortune ablato beneficio quod fit maxime et laudabilissime ad amicos? Vel qualiter utique salvabitur et conservabitur sine amicis? Quanto enim maior, tanto instabilior. In inopia et reliquis infortuniis solum

existimant refugium esse amicos. Et iuvenibus autem ad impeccabile, et senioribus ad famulatum et ad deficientiam actionis propter debilitatem adiutorium. Hiis qui in adolescentia sunt ad bonas actiones. Sic quoque duo venientes, et enim intelligere et agere potentiores. Natura autem inesse videtur generanti ad genitum, non solum in hominibus, sed et in volatilibus et plurimis animalium, et hiis qui unius generis adinvicem, et maxime hominibus. Unde et philantropos laudamus. Videbit autem utique aliquis et in erroribus ut familiare omnis homo homini et amicus. Videtur autem et civitates continere amicitia, et legis positores magis circa ipsam studere quam iustitiam. Concordia enim simile aliquid amicitie videtur esse. Hanc autem maxime appetunt, et seditionem inimicitiam existentem maxime expellunt. Et amicis quidem existentibus nihil opus iustitia. Iusti autem existentes indigent amicitia. Et iustorum quod maxime amicabile esse videtur. Non solum autem necessarium est, sed et bonum. Philos enim laudamus. Polyfilia quoque videtur unum bonorum esse. Et eosdem existimant viros bonos esse et amicos. Dubitatur autem de ipsa non pauca. Hii quidem enim similitudinem quandam ponunt ipsam, et similes amicos. Unde simile aiunt ad simile, et graculum ad graculum, et quecumque talia. Hii autem ex contrario figulos omnes tales adinvicem aiunt esse. Et de hiis ipsis superius querunt et magis naturaliter. Euripides quidem dicens desiderare quidem imbrem terram siccatam, desiderare autem venerabilem celum repletum imbre cadere in terram. Et Eraclitus contrarium conferens, et ex differentibus optimam armoniam, et omnia secundum litem fieri. Ex contrario autem hiis alii et Empedocles: simile enim simile appetere. Que quidem igitur physica, relinquantur. Non enim proprie presentis intentionis. Quecumque autem sunt humana et pertinent ad mores et passiones, hec intendamus. Puta utrum in omnibus fit amicitia, vel non possibile malos existentes amicos esse. Et utrum una species amicitie vel plures. Unam quidem enim existimantes, quoniam recipit magis et minus, non sufficienti crediderunt signo. Recipiunt enim magis et minus et altera specie. Dictum est autem de ipsis superius. Forte autem utique de ipsis fiet manifestum cognito amabili. Videtur enim non omne amari, sed amabile. Hoc autem esse bonum vel delectabile vel utile. Videbitur autem utique utile esse per quod fit bonum aliquid vel delectatio. Quare amabilia utique erunt et bonum et delectabile ut fines. Utrum igitur bonum amant vel quod ipsis bonum? Dissonant enim quandoque hec. Similiter autem et circa delectabile. Videtur autem quod ipsi bonum amare unusquisque, et esse simpliciter quidem bonum amabile, unicuique autem quod unicuique. Amat autem unusquisque non quod est ipsi bonum, sed apparens. Differt autem nihil. Erit enim amabile apparens. Tribus autem existentibus propter que amant, in inanimatorum amatione non dicitur amicitia. Non enim est reamatio neque voluntas illorum boni. Ridiculum enim forte vino velle bona, sed si quid, salvari vult ipsum ut ipse habeat. Amico autem aiunt oportere velle bona illius gratia. Volentes autem sic bona benivolos dicunt, si non idem et ab illo fiat. Benivolentiam enim in contrapassis amicitiam esse. Vel apponendum non latentem. Multi enim sunt benivoli hiis quos non viderunt, existimant autem epyikes esse vel utiles. Hoc autem idem et si aliquis illorum ad patiatur adhuc. Benivoli quidem igitur isti videntur adinvicem. Amicos autem qualiter utique aliquis dicat latentes ut habent sibi ipsis? Oportet igitur bene velle adinvicem et velle bona non latentes propter unum dictorum.

Differunt autem hec adinvicem specie, et amationes igitur et amicitie. Tres igitur species amicitie equales numero amabilibus. Secundum unumquodque enim est redamatio non latens. Amantes autem adinvicem volunt bona adinvicem secundum quod amant. Qui quidem igitur propter utile amant adinvicem, non secundum se ipsos amant

sed propter quod fit ad ipsos adinvicem bonum | Similiter autem et qui propter delectationem | non enim in quantum quales quidam esse
diligunt eutrapelos | sed quoniam delectabiles sibi ipsis | Qui quidem igitur propter utile amant | propter sibi ipsis
bonum diligunt et qui propter delectationem propter sibi ipsis delectabile et non secundum quod amatus est sed secundum quod utilis vel delecta-
bilis et secundum accidens utique amicitiae hae sunt. Non enim secundum quod est qui amatur sic amatur sed secundum quod tribuunt
hii quidem bonum aliquod hii autem delectationem. Facile solubiles utique tales sunt non permanentibus
ipsis similibus. Si enim non adhuc delectabiles vel utiles sint desinunt amantes | Utile autem non
permanet | sed alias fit aliud | Dissoluto autem propter quod amici erant | dissolvitur et amicitia
ut existente amicitia ad illa. Maxime autem in senibus talis videtur amicitia fieri | Non enim delectabile tales
prosequuntur sed utile. Et eorum qui in adolescentia et iuventute quicumque conferens prosequuntur | Non omnino
autem tales neque convivunt adinvicem | quandoque enim neque sunt delectabiles | neque utique indigent tali
societate si non utiles sint. In tantum enim sunt delectabiles in quantum spes habent boni. Hanc et hospitali-
tatem ponunt. Iuvenum autem amicitia propter delectationem esse videtur. Secundum passionem enim isti vivunt et maxime
prosequuntur delectabile ipsis et praesens. Aetate autem transmutata et delectabilia fiunt altera. Propter quod cito
fiunt amici et desinunt. Simul enim cum delectabili amicitia transmutatur. Talis autem delectationis
velox transmutatio. Et amativi autem sunt iuvenes. Secundum passionem enim et propter delectationem quod multum ami-
citiae. Propter quod amant et cito desinunt. Multotiens autem eadem die transmutantes. Amare autem et
convivere isti volunt. Fit enim ipsis quod secundum amicitiam sic. Perfecta autem est bonorum amicitia
et secundum virtutem similium. Hii enim bona similiter adinvicem volunt in quantum boni. Boni autem sunt secundum se ipsos.
Volentes autem bona amicis illorum gratia maxime amici. Propter se ipsos enim sic habent et non secundum accidens. Per-
manet igitur horum amicitia usquequo utique boni sunt. Virtus autem mansivum. Et est uterque simpliciter bonus
et amico. Boni enim et simpliciter boni et adinvicem utiles. Similiter autem et delectabiles. Boni enim et simpliciter
delectabiles et adinvicem. Unicuique enim secundum delectationem sunt proprie actiones et tales. Bonorum autem tales aut
similes. Talis autem amicitia mansiva rationabiliter. Copulat enim in ipsa omnia quaecumque amicis oportet existere. Omnis
enim amicitia propter bonum est vel propter delectationem vel simpliciter vel amanti secundum similitudinem quandam. Hac autem similes
et reliqua simpliciter bonum et delectabile simpliciter est. Maxime utique haec amabilia et amare autem et amicitia
in hiis maxime et optima. Raras autem verisimile tales esse. Pauci enim tales. Adhuc autem indigent tempore et
consuetudine. Secundum proverbium enim non est scire adinvicem antequam sales consumant. Neque acceptare utique
prius neque esse amicos antequam utique appareat amabilis uterque et credatur. Qui autem cito adinvicem amica-
bilia faciunt volunt quidem amici esse, non sunt autem si non et amabiles et hoc sciant. Voluntas quidem enim
velox amicitiae fit, amicitia autem non. Haec quidem igitur et secundum tempus et secundum reliqua perfecta est et secundum omnia haec fit et similis utrique
Quae autem propter delectabile similitudinem habet huic. Et enim boni | quod ab utroque quod oportet amicis existere
delectabiles adinvicem. Similiter autem et quae propter utile et enim tales adinvicem boni. Maxime autem et in
hiis amicitiae permanent cum aequale fiat adinvicem puta delectatio, et non solum sic sed et ab eodem quemadmodum
eutrapelis et non ut amatori et amato. Non enim in eisdem delectantur hii, sed hic quidem videns illum hic
autem famulatum recipiens ab amatore. Finita autem pulchritudine quandoque et amicitia finitur.
Huic quidem enim non est visio delectabilis, huic autem non fit famulatus. Multi autem rursus permanent si
ex consuetudine mores diligant consuetudinales existentes. Qui autem non delectabile commutant sed

utile in amabilibus et sunt minus amici et permanent. Qui autem propter utile existentes amici simul cum con-
ferente dissolvuntur. Non enim adinvicem erant amici sed utilis. Propter delectationem quidem igitur et propter utile
et pravos contingit amicos adinvicem esse et epiikes pravis et neutrum quibuscumque. Propter se ipsos
autem videlicet solos bonos. Mali enim non gaudent se ipsis si non aliqua utilitas fiat. Sola
autem bonorum amicitia intransmutabilis. Non enim facile ulli credere de eo quod multo tempore ab ipso proba-
tum est. Et credere in hiis et nunquam utique iniustum facere et quaecumque alia in vera amicitia
dignificantur. In alteris autem nihil prohibet talia fieri. Quoniam enim homines dicunt amicos et propter utile quemadmodum civi-
tates. Videntur enim compugnationes civitatibus gratia conferentis fieri. Et eos qui propter delectationem adinvicem
diligunt quemadmodum pueri, forte oportet dicere et nos amicos tales. Species autem amicitiae
plures. Primo quidem et principaliter bonorum secundum quod boni. Reliquas autem secundum similitudinem. Secundum enim quod bonum aliquid et simile a-
liquid sic amici. Et enim delectabile bonum ad amatores delectabilis. Non omnino autem hee
copulantur, neque fiunt amici propter utile et delectabile. Non enim omnino coniunguntur quae secundum accidens.
In has autem species amicitia distributa, pravi quidem erunt amici propter delectationem et utile sic similes
existentes. Boni autem propter se ipsos amici. Secundum quod enim boni. Isti quidem igitur simpliciter amici. Illi autem secundum
accidens et assimilari hiis. Quemadmodum autem in virtutibus hii quidem secundum habitum hii autem secundum operationem
boni dicuntur, sic et in amicitia. Hii quidem enim convivientes gaudent adinvicem et tribuunt bona.
Hii autem dormientes vel separati locis non operantur quidem, sic autem habent ut ami-
cabiliter operentur. Loca enim non dissolvunt amicitiam simpliciter, sed operationem. Si autem diuturna absentia
fiat, et amicitiae videtur oblivionem facere. Unde dicitur: multas utique amicitias non ap-
pellatio dissolvit. Non videntur autem neque senes neque austeri amativi esse. Brevis enim in ipsis quod secundum de-
lectationem. Nullus autem potest per diem conversari cum tristi neque cum non delectabili. Maxime enim natura
videtur triste fugere, appetere autem delectabile. Qui autem recipiunt adinvicem non convivunt
autem benivolis assimilantur magis quam amicis. Nihil enim sic est amicorum ut convivere. Utilitatem
quidem enim indigentes appetunt. Conversari autem et per diem et beati. Solitariis quidem enim esse
hiis nequaquam convenit. Conversari autem adinvicem non est non delectabiles existentes neque gaude-
ntes eisdem, quod amicabilis videtur habere. Maxime quidem igitur amicitia quae bonorum, quemadmodum multotiens dictum est.
Videtur enim amabile quidem et eligibile quod simpliciter bonum vel delectabile. Unicuique autem quod ipsi tale.
Bonus autem bono propter ambo haec. Assimilatur autem amatio quidem passioni, amicitia autem habitui.
Amatio enim non minus ad inanimata est. Redamant autem cum electione. Electio autem ab habitu.
Et bona volunt amatis illorum gratia non secundum passionem sed secundum habitum. Et amantes amicum quod
ipsis bonum amant. Bonus enim amicus factus bonum fit cui amicus. Uterque igitur amat et quod ipsi
bonum et aequale retribuit voluntate et delectabili. Dicitur enim amicitia aequalitas. Maxime autem ea
quae bonorum haec existunt. In senibus autem et austeris minus fit amicitia quanto magis discoli sunt et
minus colloquiis gaudent. Haec enim maxime videntur amicabilia et factiva amicitiae. Propter quod iu-
venes fiunt amici cito, senes autem non. Non enim amici quibus utique non gaudent. Similiter autem neque
senes. Sed tales benivoli quidem sunt adinvicem. Volunt enim bona et obviant ad ne-
cessitates. Amici autem non omnino, vel propter non conversari neque gaudere adinvicem quae utique

Cam 7m

Cam 6m

dicitur magis amicabilis. Talis autem esse amicus secundum perfectam amicitiam non contingit quemadmodum neque amare multos simul. Assimilatur autem superabundantie, tale autem ad unum natum est fieri. Multos autem simul eidem placere valde non facile, forte autem neque bonum. Oportet autem et experientiam accipere et in consuetudine fieri, quod omnino difficile. Propter utile autem et delectabile multis placere contingit. Multi enim tales, et in pauco tempore ministrationes. Horum autem magis amicitie assimilatur que propter delectabile, cum eadem ab ambobus fiant et gaudent adinvicem vel eisdem, quales iuvenum sunt amicitie. Magis enim in hiis liberale. Que autem propter utile negociatorum. Beati autem utilibus quidem non indigent, delectabilibus autem. Convivere enim volunt aliquibus; triste autem pauco tempore ferunt, continue autem nullus utique sustinebit, neque ipsum bonum si triste ipsi sit. Propter quod delectabiles amicos querunt. Oportet autem forte et bonos tales existentes, et adhuc ipsis; sic enim existent ipsis que oportet amicis. Qui autem in potestatibus divisis videntur uti amicis. Alii enim ipsis sunt utiles et alii delectabiles; ambo autem iidem non omnino. Neque enim delectabiles cum virtute querunt, neque utiles ad bona, sed hos quidem eutrapelos delectabile appetentes, hos autem dinos operari quod preceptum est. Hec autem non omnino fiunt in eodem. Delectabilis autem et utilis simul dictum est quoniam studiosus. Sed superexcellenti non fit talis amicus, si non et virtute superexcellatur. Si autem non, non adequatur secundum analogiam superexcessus. Non omnino autem consueverunt tales fieri. Sunt utique que dicte amicitie in equalitate. Eadem enim fiunt ab ambobus et volunt adinvicem, vel alterum pro altero commutant, puta delectationem pro utilitate. Quoniam autem minus sunt amicitie hee et manent, dictum est. Videntur autem et propter similitudinem et dissimilitudinem eiusdem esse et non esse amicitie. Similitudine enim eius que secundum virtutem videntur amicitie. Hec quidem enim delectabile habet, hec autem utile; hec autem existunt et illi. In eo autem quod hec quidem impermixtibilis et mansiva, hec autem velociter transmutabilis, aliisque differre multis, non videntur amicitie propter dissimilitudinem illius.

Altera autem amicitie species que secundum superexcellentiam, puta patri ad filium et totaliter seniori ad iuniorem, viro ad uxorem et omni principanti ad subiectum. Differunt autem hee adinvicem. Neque enim eadem parentibus ad filios et principantibus ad subiectos, sed neque patri ad filium et filio ad patrem, neque viro ad uxorem et uxori ad virum. Altera enim unicuique horum virtus et opus, altera autem et propter que amant. Altere igitur et amationes et amicitie. Eadem quidem utique neque fiunt utrique ab utroque, neque oportet querere. Cum autem parentibus quidem filii retribuunt que oportet genitoribus, parentes autem filiis que oportet filiis, mansiva talium et epieikes erit amicitia. Analogam autem in omnibus que secundum superexcellentiam existentibus amicitiis et amationem oportet fieri, puta meliorem magis amari quam amare, et utiliorem, et aliorum unumquemque similiter. Cum enim secundum dignitatem amatio fiat, tunc fit aliqualiter equalitas, quod utique amicitie esse videtur. Non similiter autem equale in iustis et in amicitia videtur habere. Est enim in iustis equale quidem primo quod secundum dignitatem, quod autem secundum quantitatem secundario. In amicitia autem quod quidem secundum quantitatem primo, quod autem secundum dignitatem secundo. Manifestum autem si multa distantia fiat virtutis vel malicie vel egestatis vel abundancie vel alicuius alterius. Non enim adhuc amici sunt, sed neque dignificant. Manifestissimum autem hoc in diis; plurimum enim hii omnibus bonis superexcellunt. Manifestum autem et in regibus. Neque enim dignificant esse amici hiis qui multo inferiores, neque optimis vel sapientissimis qui nullo digni. Certa quidem igitur in talibus non est determinatio usque ad quem amici. Multis enim ablatis adhuc manet; multum autem sepa-

putant bonum eis. Unde et dubitatur ne forte non volunt amici amicis maxima bonorum, puta deos esse. Neque enim adhuc amici erunt ipsis, neque utique bona; amici enim bona. Si utique bene dictum est quoniam amicus amico vult bona illius gratia, manere oportebit qualiscumque ille. Homini autem existenti volet maxima bona. Forte autem non omnia; sibi ipsi enim maxime vult bona quilibet. Multi autem videntur propter amorem honoris velle amari magis quam amare. Propter quod amatores adulatorum multi. Superexcellens enim amicus adulator, vel fingit talis et magis amare quam amari. Amari autem prope videtur ei quod est honorari, quod utique multi appetunt. Non propter seipsum autem videntur eligere honorem, sed secundum accidens. Gaudent enim multi ab hiis qui in potestatibus honorati propter spem. Estimant enim adipisci ab ipsis si quo indigent; ut utique signo bone passionis gaudent honore. Ab epieikibus autem et scientibus appetentes honorari firmare propriam opinionem de ipsis appetunt. Gaudent utique quoniam sunt boni credentes dicentium iudicio. In amari autem secundum seipsum gaudent; propter quod videbitur melius esse eo quod est honorari, et amicitia secundum seipsam eligibilis esse. Videtur autem in amare magis quam in amari esse. Signum autem matres eo quod amare gaudentes. Quedam enim dant filios suos nutrire, et amant scientes; reamari autem non querunt si utraque non contingat, sed sufficiens ipsis videtur si videant bene operantes, et ipse amant ipsos, et si illi nichil retribuant matri que conveniunt. Propter quod magis autem amicitia existente in amare, et amatoribus amicorum laudatis, amicorum virtus amare videtur. Quare in quibus hoc fit secundum dignitatem, isti mansivi amici et amicitia talium. Sic autem utique et inequales maxime erunt amici. Equabuntur enim. Equalitas autem et similitudo amicitia, et maxime que eorum qui secundum virtutem similium. Mansivi enim existentes secundum seipsos et adinvicem manent, et neque indigent pravis neque ministrant talia, sed ut dicere est prohibent. Bonorum enim neque ipsos peccare neque amicos permittere. Mali autem firmum non habent. Neque enim sibi ipsis permanent similes existentes. In pauco autem tempore fiunt amici, gaudentes adinvicem malicia. Utiles autem et delectabiles in plus permanent, usque enim utique tribuunt delectationes et utilitates adinvicem. Ex contrariis autem maxime videtur que propter utile fieri amicitia, puta pauper diviti, indisciplinatus sciente. Cuius enim aliquis existens indigens, hoc appetens recompensat alterum. Hic autem utique trahet aliquis et amatorem et amatum, et formosum et turpem. Propter quod videntur et amatores derisibiles quandoque, dignificantes amari ut amant. Similiter autem amabiles existentes forte dignificandum, nichil autem tale habentes derisibile. Forte autem neque appetit contrarium contrario secundum seipsum, sed secundum accidens. Appetitus autem medii est; hoc enim bonum, puta sicco non humidum fieri sed ad medium venire, et calido et aliis similiter. Hec quidem igitur dimittantur, etenim sunt alieniora.

Videtur autem, quemadmodum in principio dictum est, circa eadem et in eisdem esse amicitia et iustum. In omni enim communicatione videtur aliquod iustum esse, et amicitia. Appellant igitur ut amicos navigatores et milites; similiter autem et eos qui in aliis communicationibus. Secundum quantum autem communicant, tantum est amicitia; et enim iustum. Et proverbium Que amicorum communia, recte; in communicatione enim amicitia. Sunt autem fratribus et eteris omnia communia, aliis autem diffinita, et hiis quidem plura, hiis autem pauciora. Et enim amicitiarum hee quidem magis, hee autem minus. Differunt autem et iusta. Neque enim eadem parentibus ad filios et fratribus adinvicem, neque eteris et civibus, similiter autem et in aliis amicitiis. Altera utique et iniusta ad singulos horum et aug-

Quia amans credit quod amor debet equari, [illegible] difformem [illegible] iudicatur esse derisus. [illegible] et amans [illegible] puerilis esse [illegible]

Et non sic opposita medietati [illegible] duo subiecto cogit esse simul

Tullius [illegible] hec lex [illegible] amicitie [illegible]

mercatores accipiunt in magis ad aliquos = puta pecunias pugnare. Et actiusta divini qui ci-
ue et non imitare sunt que exercitio et parte preter quod genus aliud augmentatur. Autem nunc
et sic amicicie et iustum utique in eisdem enim et ad equale pugnant. Communicationes autem omnes
particulis assimilantur politice. Conveniunt enim in aliquo conferente et acquirentes aliquid eorum que ad vi-
tam. Sed et politica communicatio conferentis gratia videtur et ex principio venire et permanere. Hoc enim et
legispositores coniectant et iustum aiunt quod communiter conferens. Alie quidem igitur communicationes secundum par-
tem conferentis appetunt, puta navigatores quidem quod secundum navigium ad operationem pecuniarum vel ad ta-
lium, commilitones autem quod secundum bellum sive pecunias sive victoriam sive civitatem appe-
tentes. Similiter autem et tribules et plebei. Quedam autem communicationum propter delectationem videntur fieri,
orgeonum et eranistarum. Hee enim gratia sacrificii et convivii. Omnes autem hee sub politica
convenire esse. Non enim presens conferens politica appetit, sed in omnem vitam et sacrificia fa-
cientes et circa hec congregationes honores tribuentes diis et ipsis requiem acquirentes cum
delectatione. Antique enim sacrificia et congregationes videntur fieri post fructuum collectiones puta pri-
mitie. Maxime enim in hiis vacabant temporibus. Omnes utique communicationes videntur particule politice
esse. Consequentur autem tales amicicie talibus communicationibus. Politie autem sunt species tres, equales autem
et transgressiones — puta corruptiones harum. Sunt autem politie quidem regnum et aristocratia, tertia autem que
a preciis quam timocraticam dicere conveniens videtur, politiam autem consueverunt ipsam vocare multi. Harum autem
que optima regnum, pessima autem timocratia. Transgressio autem regni quidem tyrannis. Ambe enim mo-
narchie, differunt autem plurimum. Tyrannus quidem enim sibi ipsi conferens intendit, rex autem subditorum. Non
enim est rex qui non per se sufficiens et omnibus bonis superexcellens. Talis autem nullo indiget. Utilia igitur sibi
ipsi quidem utique non intendet, subditis autem. Qui enim non talis, electus utique quis erit rex. Tyran-
nus ex contrario huic. Sibi ipsi enim bonum persequitur. Et manifestius in hac quoniam pessima. Pessimum autem contrarium
optimo. Transgreditur autem ex regno in tyrannidem. Pravitas enim monarchie. Malus tyran-
nus autem rex tyrannus fit. Ex aristocratia autem in oligarchiam malicia principum, qui distribuunt
que civitatis preter dignitatem vel omnia vel plurima bonorum sibi ipsis, et principatus semper eisdem, plurimo
facientes ditari. Pauci igitur principantur et mali pro hiis qui maxime epiikes. Ex timocratia
autem utique in democratiam. Collaterales enim sunt hee. Multitudinis enim vult et timocratia esse, et equales omnes qui in
honoratione. Minimum enim malum democratia. In parvum enim transgreditur politie speciem. Transmu-
tant quidem igitur maxime politie. Minime enim sic et facillime transgrediuntur. Similitudines autem ipsarum et velut
exemplaria accipiet utique quis et in domibus. Patris quidem enim ad filios communicatio regni habet figuram.
Filiorum enim patri cura. Hinc autem et Homerus Iovem patrem appellat. Paternus enim principatus vult regnum
esse. In Persis autem qui patris tyrannicus. Utuntur enim ut servis filiis. Tyrannica autem et que domini ad ser-
vos. Domini enim conferens in ipsa operatur. Hec quidem igitur recta videtur, Persica autem peccata. Differentium enim princi-
patus differentes. Viri autem et uxoris aristocratica videtur. Secundum dignitatem enim vir principatur et circa que opor-
tet virum. Quecumque autem uxori congruunt, illi reddit. Omnium autem dominans vir in oligarchiam transponit. Preter dig-
nitatem enim ipsum facit, et non secundum quod melior. Quandoque autem principantur uxores heredes existentes. Non
utique fiunt secundum virtutem, sed propter divitias et potentiam, quemadmodum in oligarchiis. Timocratica

Salutem regis clementia facit

autem videtur que fratrum. Equales enim, nisi in quantum etatibus differunt. Propter quod si multum etatibus differunt, non adhuc
fraterna fit amicicia. Democratia autem maxime quidem in hiis que sine domino habitationibus. Hic enim omnes
ex equali, et in quibus debilis qui principatur et unicuique potestas. Secundum unamquamque autem politiam amici-
cia videtur, in quantum et iustum. Regi quidem ad subiectos in superhabundantia beneficii. Benefacit enim
subditis, siquidem bonus ens curam habet ipsorum ut bene operentur, quemadmodum pastor ovium. Unde et Homerus
Agamemnona pastorem populorum dixit. Talis autem et paterna. Differt autem magnitudine
beneficiorum. Causa enim essendi, quod videtur maximum, et nutrimenti et discipline. Et progenitoribus hec at-
tribuuntur. Et natura enim principativum pater filiorum et progenitores nepotum et rex subditorum. In
superexcessu autem amicicie hee, propter quod et honorantur parentes. Et iustum utique in hiis non idem, sed secundum
dignitatem. Sic enim et amicicia. Et viri autem ad uxorem eadem amicicia et in aristocratia. Secundum virtutem
enim meliori plus bonum et congruens unicuique. Sic autem et iustum. Que autem fratrum etairice as-
similatur. Equales enim et coetanei. Tales autem unius discipline et unius moris ut in multum. Assimila-
tur utique huic et que secundum timocratiam. Equales enim cives volunt et epiikes esse. In parte itaque
principari et ex equali. Sic utique et amicicia. In transgressionibus autem quemadmodum et iustum in pa-
rum est, sic et amicicia, et minime in pessima. In tyrannide enim nichil vel parum amicicie. In quibus
enim nichil commune principanti et principato, nec amicicia, nec enim iustum, sed velut artifici ad organum
et anime ad corpus et domino ad servum. Iuvantur enim omnia hec ab utentibus. Amicicia autem non est ad ina-
nimata neque iustum. Sed neque ad equum vel bovem, neque ad servum secundum quod servus. Nichil enim commune est. Ser-
vus enim animatum organum, organum autem inanimatus servus. Secundum quod quidem igitur servus, non est
amicicia ad ipsum, secundum quod autem homo. Videtur enim quoddam iustum esse omni homini ad omnem potentem
communicare lege et conventione, et amicicia utique secundum quod homo. In parum utique et in tyrannidibus
amicicie et iustum. In democratiis autem in plurimum. Multa enim communia equalibus existen-
tibus. In communicatione quidem igitur omnis amicicia est quemadmodum dictum est. Determinabit autem utique quis
et cognatam et etairicam. Politice autem et tribulium et connavigatorum et quecumque
tales communicationibus assimilantur magis. Quasi enim secundum confessionem quandam videntur esse. Hiis autem
ordinabit utique quis et peregrinam. Et cognata autem videtur multiplex esse et dependere omnis
ex paterna. Parentes quidem enim diligunt filios ut sui ipsorum aliquid existentes. Filii
autem parentes ut ab illis aliquid existentes. Magis autem sciunt parentes que ex ipsis quam
genita quoniam ex hiis; et magis quod appropriatur vel a quo genitum quod factum; quod
enim ex ipso proprium ei a quo, puta dens vel capillus vel quodcumque habenti, illi autem nichil
vel a quo vel minus, sed et multitudine temporis. Hii quidem enim confestim natos diligunt, hii
autem procedentibus temporibus parentes tollunt vel sensum accipientes. Ex hiis autem mani-
festum propter quod amant magis matres. Parentes quidem igitur filios diligunt
ut se ipsos. Qui enim ex ipsis velut alteri ipsi existentes. Filii autem parentes ut ab
illis nati. Fratres autem adinvicem ut ex eisdem nati. Que enim ad illa identitas
adinvicem identitatem facit. Propter quod et sanguinem et radicem et talia dicunt. Sunt autem
idem aliqualiter et in divisis. Magnum autem ad amiciciam et connutriri et secundum etatem co-

Democratia

36

ctane n coetaneu et q uni mores etayri pp q et sima etayrice amicitie. Sic
fores au et reliq cognati ex hys coaptant in alterutrum. Sunt au hy q
priores hy au magis alieni et iuxta propinquitatem et longe. Est au ad parentes q
est filys et hominibus ad deos ut ad bonum et superexcellens. Bn n fecerunt maxime causa n enim
sendi et nutriendi et quod dis ciplin. Hec au amicitia et delectabile et utile talis
extranei magis alienos quanto et cor uita cois. Sunt au et in fraterna q et in etayrica et magis in hys
q epieikes et tota similibus quanto priores et ex natiuitate parentes diligunt ad inuicem
ut et magis uni mores q ex eisdem et connutriti et discipulati simr. et secundum tempus probatio plurima
firmissima. Analoga au et in reliquis cognatorum amicitia. Viro au et uxori amicicia ui s
natura existere. Homo n ui natura coniugale magis q politicum et quanto prius et necessarium magis domus
ciuitate et filiorum procreatio cois alibus. Alys quidem igitur tantum usque ad hoc comunicatio. homines autem
n solum procreationis filiorum cohabitant sed et eorum que in uita. Confestim n diuisa sunt
opera et sunt altera uiri et uxoris. Sufficiunt igitur ad inuicem ad coe ponentes opera
propria. Propter h au et utile esse uidetur et delectabile in hac amicitia. Erit au utique et propter uirtutem
si epieikes sint. Est au utriusque uirtus et gaudebunt utique tali. Coniunctio au
filij uidentur esse. Propter q citius steriles dissoluuntur. Filij n coe bonum ambobus.
Continens au coe. Qualiter au conuiuendum uiro ad uxorem et totaliter amico ad amicum nil aliud uidetur quere
q qualiter iustum. Non n idem uidetur amico ad amicum neque ad extraneum et etayro et ad
condiscipulum. Trinis utique existentibus amicicys quemadmodum dictum est in principio et secundum unamquamque
hys q in equalitate amicicys existentibus hys au secundum excellentiam et n simr boni fi
unt amici et melior deteriori. Simr au et delectabiles et propter utile equantes utilita
tibus et differentes equale q secundum equalitatem oportet amare et reliquis equari. In inequalibus au
analogum superexcellentiis attribuere. Fiunt au accusationes et querele in ea q secundum utile
amicitia uel sola uel maxime rationabiliter. Qui n propter uirtutem amici existunt bn operari ad
inuicem prompti sunt. h n uirtutis et amicicie. Ad hoc au contendentium n sunt ac
cusationes n pugne. Amantem n et benefacientem nullus contristatur. Sed si sit gratiosus
retribuit bn operans. Superexcellens au faciens quod appetit n utique accusabit
amicum. Utique n boni appetit. Neque uero au hys q propter delectationem simr n ambobus
fit quod appetunt. Si conuiuere gaudent. Ridiculus au utique uidebitur et ac
cusans n delectantem cum possit n conuiuere. Que au propter utile accusatoria.
In utilitate n utentes ad inuicem semper pluri indigent et minus habere existimant
conueniente. Et conqueruntur quoniam n quantum indigent tantum sortiuntur dignum existentes.
Benefacientes au n possunt sufficere ad tanta quanta patientes indigent.
Videtur utique quemadmodum dictum est iustum duplex h quidem n non scriptum h au secundum legem et ea q
secundum utile amicicia. h quidem moralis h au legalis. Fiunt igitur accusatio
nes maxime cum n secundum eandem commutabunt et dissoluuntur. Est au legalis
quidem sortitis ... h q om uenalis ex manu in manum. h au liberali

…ut in tempore secundum confessionem au quid pro quo. Manifestum au in hac debitum et n ambiguum amicicia
ua au dilationem habet. Propter quod apud quosdam horum n sunt iudicia sed existimant oportet diligere eos q secundum
fidem commutauerunt. Moralis au n in dictis sed ut amico donat uel quodcumque aliud. Referre au dig
nificat equale uel plus ut n dato sed commodato. Non simr au commutatus et dissol
uens accusabit. Hoc au accidit propter uelle quidem omnes uel plures bona. Eligere au utilia.
Bonum au benefacere n ut repatiatur. Utile au beneficiatum esse. Potenti autem
retribuendum secundum dignitatem eorum que passus est et sponte. Nolentem n amicum n faciendum. Ut
ut utique peccantem in principio et bonum patientem a quo n oportuit. Non n ab amico neque propter
ipsum h operante. Quemadmodum igitur in dictis beneficiatum dissoluendum. Et confiteri utique potens
reddere. Impotentem au neque exigere dignificabit utique. Quare si impotens reddendum. In prin
cipio au intendendum a quo beneficiatur et in quo ut in hys sustineat uel n.
Dubitationem au habet utrum oportet patientis utilitate mensurare et ad hanc facere redditionem
uel operantis beneficio. Patientes quidem n talia aiunt accipere a benefactoribus q parua erant
illis et erant ab alys accipere. Paruificantes. Hys au e contrario maxima eorum que apud ipsos et
ab alys n erant et in periculis uel talibus necessitatibus. Igitur propter utile quidem amicicia existente
patientis utilitas mensura est. Iste n indiget et et sufficit ipsi ut assumens ut
equale. Tantum sit adiutorium quantum iste iuuatur et reddendum au ipsi quantum accepit et plus me
lius n. In hys au q secundum uirtutem accusationes quidem n sunt. Mensure au assimilatur operantis
electio. Virtutis n et moris in electione principale.

Dissentiunt au et in hys q secundum superexcellentiam amicicys. Dignificat n uterque plus habere cum
au h n fiat dissoluitur amicicia. Existimat n et melior decere ipsi plus habere. Bon
ribuitur plus. Simr au et utilior. Inutile n existere n aiunt oportere equale habere. Ministrationem n fi
eri et n amiciciam si n secundum dignitatem operum erunt q ex amicicia. Existimant n quemadmodum in pecuniarum
communicatione plura accipiunt conferentes sic oportere et in amicicia. Indigens au et deterior e contra.
Boni = sufficere indigentibus. Eorum n aiunt utile studioso uel potenti = amicum n ret
pturi. Videtur au uterque recte dignificare et oportere utrique plus tribuere ex amicicia n au eiusdem
Sed superexcellenti quidem honoris indigenti au lucri. Virtutis quidem n et beneficij honor re
tributio. Indigentie au auxilium lucrum. Sic au habere et in urbanitatibus uidetur. Non
honoratur q nullum bonum coi tribuit. Coe n datur ei q coe beneficiat. Honor au
coe. Non n est simul ex coibus pecunias et honorari. In omnibus n minus sustinet. Ei au q est pecu
nias minoratur honorem tribuit et dona expectanti pecunias. Quod secundum dignitatem n ad
equat et saluat amiciciam quemadmodum dictum est. Sic utique et inequalibus associandum et ei q in pecu
nias utilis est uel in uirtute honorem retribuendum tribuentem que contingit. Possibile n amicicia ne
q n quod secundum dignitatem. Neque n est in omnibus quemadmodum in hys q ad deos honoribus et parentes. Nullus
...s n secundum dignitatem aliquando utique retribuet. Serviens au semper epieikes esse uidetur. Propter
q et utique uidebitur n licere filio patrem abnegare patri au [illegible] filium. Debentem n reddendum.
Nil au faciens dignum eorum que subsistunt operatum est. Semper ... q au debet ... dimit...

te et presenti. Si autem nullus forte utique recedet, videtur non superexcellentia malicie sine nulli amicicia
auxiliatione humanum non expelli. Hic autem fugiendus vel non festinato sufficere malo ex-
isteri [?] ... nichil volunt facere autem fugiunt quod non utile. De hiis autem in tantum dictum.

C. VIIII. K.

In omnibus autem dissimilium specierum amiciciis le
analogum utique equat et salvat amiciciam, quemadmodum dictum est, puta et in politica coriario
pro calciamentis retributio fit secundum dignitatem et textori et reliquis. Hic quidem igitur adin-
ventum est commune mensura numisma, et ad hoc utique omnia referuntur et hoc men-
surantur. In amativa autem quandoque quidem amator accusat quoniam superamans non redamatur, nichil habens
amabile si sic contingat; multociens autem amatus quoniam prius repromittens omnia nunc nichil per-
ficit. Accidunt autem talia quando hic quidem propter delectationem amat amatum, hic autem propter utile a-
matorem. Hec autem non ambobus existunt. Propter hec enim amicicia existente dissoluta fit. Quando enim non
fiunt quorum gratia amabant, non enim ipsos amabant sed existencia, que non mansiva. Tales enim et
amicicie. Que autem morum secundum se ipsam existens mansiva quemadmodum dictum est. Differunt autem
cum altera fiant ipsis et non que appetunt. Simile enim non quod nichil fieri cum quis appetit non potitur, puta
et cithare(d)o repromittens et quanto melius caneret tanto plus, in mane expetenti
promissiones pro delectatione delectationem autem reddidisse dixit. Si quidem igitur uterque hoc volebat, suffi-
cienter utique habuit. Si autem hic quidem delectationem, hic autem lucrum et hic quidem habet, hic autem non, non utique erit que secundum commu-
nicationem bene. Quibus enim indigens existit hiis et attendit et illius gratia dabit. Dignitatem autem
utrius ordinare, utrum dantis vel preaccipientis? Qui enim dedit videtur concedere illi. Quod
aiunt et Protagoram facere. Cum enim doceret quecumque, honorare discentem iussit quanto videntur
digna scire, et accipiebat tantum. In talibus autem quibusdam hoc sufficit "merces autem viro".
Preaccipientes autem argentum, deinde nichil facientes eorum que dixerunt propter superhabundantiam repromissi-
onum, in accusationibus fiunt. Non enim perficiunt que confessi sunt. Hoc autem forte fa-
cere sophiste coguntur propter nullum utique dare argentum propter que sciunt. Isti quidem igitur quorum ac-
ceperunt mercedem non facientes convenienter in accusationibus sunt. In quibus autem non
fit propter confessionem ministrationis, hii quidem propter se ipsos dantes dictum est quoniam inaccu-
sabiles. Talis enim que secundum virtutem amicicia. Et retributionem faciendam propter electionem. Hec enim
amici et virtutis. Sic autem videtur et philosophia communicantibus. Non enim ad pecunias dignitas
mensuratur, honorque equipondians non utique fiet. Sed forte sufficiens quemadmodum ad deos
et parentes contingens. Non tali autem existente donatione sed in aliquo magis forte oportet
retributionem fieri videtur ambobus secundum dignitatem esse. Si autem hoc non accidat, non so-
lum necessarium esse videbitur utique preaccipientem ordinare sed et iustum. Quantum enim utique iste
adiutus est vel quanto delectationem vellet utique, tantum recipiens habebit ab hoc dignitatem.
Et in venalibus sic videtur fieri. Alicubi autem sunt leges voluntariorum conventionum
iudicia non esse, ut oportens cui credidit dissolvi ad hunc quemadmodum communicavit. Videtur
enim concessum esse hunc iustius ordinare concedere. Multa enim non equali appre-

ciantur habentes et volentes accipere. Propria enim et que dant singulis videntur multo digna.
Sed tamen retributio fit ad tantum quantum utique ordinant accipientes. Oportet autem forte non tanto a-
ppreciari quanto habens videtur dignum, sed quanto ante habere appreciatus est. C.

Dubitationem autem habent et talia, puta utrum omnia patri attribuere et obedire, vel la-
borante quidem medico obediendum, ducem autem eligendum bellicosum. Similiter autem amico
magis vel studioso ministrandum, et benefactori reddendum gratiam magis vel amico dandum, si ambobus
non contingit. Vel omnia talia certe quidem non facile determinare. Multas enim et omnimodas habent differentias et magnitudine et
parvitate et bono et necessario. Quoniam autem non omnia eidem reddenda, non immanifestum. Et
beneficia quidem retribuenda ut multum magis quam donanda amicis. Et quemadmodum mu-
tuum cui debet reddendum magis quam amico dandum. Forte autem neque hoc semper. Puta redemptum a latronibus
utrum solventem se redimendum et utique quicumque sit, vel non capto expetenti autem reddendum, vel patrem
redimendum. Videbitur enim utique magis seipso patrem. Quemadmodum igitur dictum est, universaliter quidem debitum reddendum. Si autem
superexcedat datio bono vel necessario, ad hoc declinandum. Quandoque enim neque est equale prius retribuere
quando hic quidem studiosum sciens benefecerit, huic autem redditio fiat quem existimat ma-
lum esse. Neque enim mutuum accommodanti quandoque reaccommodandum. Hic quidem enim accommodavit recipere existimans ab epy-
keici existenti, hic autem non sperat recuperare a malo. Si igitur veritate sic habet, non equalis dignitas.
Si autem habet quidem non sic, existimant autem, non utique videbitur inconveniens facere. Quod quidem igitur multociens dictum est, et
qui circa passiones et actiones sermones similiter habent determinatum, hiis que sunt circa hec. Quoniam quidem igitur non eadem
omnibus reddenda neque patri omnia, quemadmodum neque Iovi sacrificant, non immanifestum. Quoniam autem altera
parentibus et fratribus et amicis et benefactoribus, singulis propria et congruencia attribuendum. Sic autem et
facere videntur. Ad nuptias quidem vocant cognatos. Hiis enim commune genus, et que circa hoc utique
actiones. Et ad funera maxime existimant cognatos obviare propter idem. Videbitur autem utique nutri-
mento quidem parentibus oportere maxime sufficere, ut debentes, et hiis causis esse melius quam sibi ipsis in hoc
sufficere. Et honorem autem parentibus quemadmodum diis, non omnem autem. Neque enim eundem patri et matri, neque
rursus eum qui sapientis vel eum qui ducis exercitus, sed paternum, similiter autem et maternum. Et omni seni
honorem eum qui secundum etatem, assurrectione et accubatione et talibus. Ad amicos autem rursus et
fratres confidenciam et omnium communicationem. Et cognatis et contribulibus et civibus et reliquis omnibus
semper conandum proprium attribuere et comparare que singulis existunt secundum propinquitatem et virtutem vel usum. Cognatorum quidem igitur
facilius iudicium, differencium autem difficilius. Non tamen propter hoc recedendum, sed ut utique contingat,
sic determinandum. C.

Habet autem dubitationem et de eo quod est dissolvere amicicias
vel non ad non permanentes. Vel ad hos quidem propter utile vel delectabile amicos existentes, quando non adhuc hec
habent, nichil inconveniens dissolvere. Illorum enim erant amici. Quibus deficientibus rationabile non
amare. Accusabit autem utique aliquis si propter utile vel propter delectabile amans simulavit propter mores. Quod enim in
principio diximus, plurime differencie fiunt amicis, quando non similiter existimant et sunt amici ...
ipsum causare decipientem, et magis quam eos qui numisma violant, quanto circa honorabilius
malicia. Si autem acceperit ut bonum, fiat autem malus et videatur, utrum amandum adhuc? Vel non possibile?

sicut non est amabile sed bonum; neque oportet amatorem mali neque assimilari pravo.
Dictum est autem quoniam simile simili amicum. Utrum igitur confestim dissolvendum vel non omnibus, sed insa-
nabilibus propter maliciam? Directionem autem habentibus magis adiuvandum ad mores quam sub-
stantiam, melius et amicicie magis proprium. Videbitur autem utique dissolvens nichil inconveniens facere;
non enim huic tali amicus erat. Alteratum igitur impotens resalvare recedit. Si autem hic quidem
permaneat, hic autem epyikes magis fiat et multum differat virtute, utrum utendum ami-
co? Vel non contingit? In magna autem distancia maxime manifestum fit, puta in hiis que ex puericia ami-
ciis. Si enim hic quidem permaneat puer secundum mentem, hic autem vir sit quales optimi, qualiter utique
erunt amici, neque placentes eisdem neque gaudentes et tristati? Neque enim ad invicem hec exist-
unt. Sine hiis autem non erat amicos esse; convivere enim non possibile. Dictum est autem de hiis.
Utrum igitur nichil aliter magis non ad ipsum habendum quam si non factus esset amicus unquam? Vel
memoriam habere oportet consuetudinis, et quemadmodum amicis magis quam extraneis existimamus oportere gratificari,
sic et factis attribuendum aliquid propter antecedentem amiciciam, cum non propter superhabundanciam malicie
[A]micabilia autem que ad amicos et quibus amicicie | dissolucio fiat.
determinantur videntur ex hiis que ad se ipsum venisse. Ponunt enim amicum volentem et opera-
ntem bona vel apparencia illius gratia, vel volentem esse et vivere amicum ipsius gratia; quod matres ad
filios passe sunt et amicorum offensi. Hii autem convivere et eligere vel condolere et gau-
dere amico. Maxime autem et hoc est matribus accidit. Horum autem aliquo et amiciciam determinant. Ad
se ipsum autem horum unumquodque epyikei existit; reliquis autem secundum quod tales existimant esse. Videtur
enim, quemadmodum dictum est, mensura uniuscuiusque virtus et studiosus. Iste enim consentit sibi ipsi et eadem ap-
petit secundum omnem animam; et vult utique sibi ipsi bona et apparencia et operatur bona (boni enim bonum elabo-
rare) et sui ipsius gratia (intellectivi enim gratia quod unusquisque esse videtur); et vivere autem vult se ipsum
et salvari, et maxime hoc quo sapit. Bonum enim studioso esse. Unusquisque autem sibi ipsi vult bona. Factus autem
alter nullus autem eligit omnia habere illud quod factum est. Habet enim et nunc deus bonum, sed ens quod
quidem aliquando. Videbitur autem utique intelligens unusquisque esse vel maxime. Convivere talis igitur sibi ipsi
vult: delectabiliter enim ipsum facit. Preteritorum enim delectabiles memorie et futurorum spes bone. Tales
autem delectabiles. Et theorematibus autem habundat mente. Condolet et condelectatur maxime sibi ipsi.
Omnino enim est idem triste et delectabile, et non aliud aliquando. Impenitibilis enim ut dicam. In consistere utique ad
se ipsum singula horum epyikei. Ad amicum autem habere quemadmodum ad se ipsum. Est enim amicus alter
ipse. Et amicicia horum aliquod videtur, et amici quibus hec existunt. Ad se ipsum autem utrum est vel non est amicicia, relin-
quatur in presenti. Videbitur autem utique sic esse amicicia secundum quod duo vel plura ex dictis, et quod superhabun-
dancia amicicie ei que ad se ipsum assimilatur. Videntur autem dicta et multis existere, quamvis existentibus pravis.
Utrum igitur secundum quod placent sibi ipsis et existimant epyikes esse sic participant ipsis? Quia valde pravorum et
nepharie operatorum nulli hec existunt. Sed neque videntur fere autem neque pravis. Differunt enim a se ipsis, et
altera quidem concupiscunt, alia autem volunt, puta incontinentes. Eligunt enim pro eis que videntur sibi ipsis
bona esse delectabilia nociva. Hii autem rursus propter timiditatem et desidiam re-
cedunt ab operari que existimant ipsis optima. Quibus autem multa et dira operata sunt et propter ma-

liciam odiuntur, fugiunt vivere et interimunt se ipsos. Querunt itaque mali cum quibus commorentur, ip-
sos autem fugiunt; recordantur enim multorum et difficilium et talia altera sperant secundum se ipsos en-
tes; cum aliis autem entes obliviscuntur. Nichil quoque amabile habentes, nichil amicabile paciuntur ad se ipsos.
Neque gaudent tales neque condolent sibi ipsis. Contendit enim ipsorum anima, et hoc quidem propter maliciam dolet recedens
a quibusdam, hoc autem delectatur, et hoc quidem huc hoc autem illuc trahit quemadmodum dispergentes. Si autem non possi-
bile simul tristari et delectari, sed post parvum tristatur quoniam delectatur, et non utique volebat delecta-
bilia hec fieri sibi ipsi. Penitudine enim pravi repleti. Non itaque videtur pravus neque ad se ipsum a-
micabiliter dispositus, propter nichil habere amabile. Si utique sic habere valde est miserum, fugiendum
maliciam intense et temptandum epyikes esse. Sic enim et ad se ipsum amicabiliter utique habebit et alteri
[B]enivolencia autem amicabili quidem assimilatur, | amicus fiet.
non tamen est amicicia. Fit enim benivolencia et ad ignotos et latens, amicicia autem non. Et prius
talia dicta sunt. Sed neque amacio; non enim habet distensionem neque appetitum. Amacioni autem hec se-
quuntur. Et amacio quidem cum consuetudine. Benivolencia autem et ex repentino, quemadmodum et circa agonistas
accidit. Benivoli enim fiunt ipsis et complacent; cooperantur autem nichil utique. Quod enim diximus, repente
benivoli fiunt et superficialiter diligunt. Videtur utique principium amicicie esse, quemadmodum et quod amare
est, que per visum delectacio. Non enim preletatus specie nullus amat. Gaudens autem specie
nichil magis amat; sed cum et absentem desideret et presenciam concupiscat. Sic utique et amicos
non possibile esse non benivolos factos; benivoli autem nichil magis amant. Volunt enim solum bona
quibus sunt benivoli, cooperabuntur autem nichil utique, neque turbabuntur pro ipsis. Propter quod transferens
dicet quis utique ipsam ociosam esse amiciciam; diuturnam autem et consuetudinem adducentem
fieri amiciciam, non eam que propter utile neque eam que propter delectabile. Neque enim benivolencia in hiis fit.
Beneficiatus quidem pro quibus passus est retribuit benivolenciam iusta operans. Volens autem
aliquem bene operari, spem habens habundancie per illum, non videtur benivolus illi esse, sed magis sibi
ipsi, quemadmodum neque amicus si curet ipsum propter quandam utilitatem. Totaliter autem benivolencia propter vir-
tutem et epyikiam quandam fit, cum huic bonus quis appareat vel fortis vel aliquod
[A]micabile autem et concordia videtur. Propter quod | tale, quemadmodum et in agonisticis diximus.
non est omodoxia. Hec quidem enim et ignorantibus ad invicem existet utique. Neque eos qui
de quocumque consencientes concordare aiunt, puta eos qui de celestibus. Non enim amicabile
de hiis concordare. Sed civitates concordare aiunt cum de conferentibus consenciunt et eadem eligunt et operantur
que communiter opinata. Circa operabilia utique concordant, et horum que in magnitudine ha-
bent et contingunt ambobus existere vel omnibus, puta civitates cum omnibus placeat principatus
eligibiles esse, vel compugnare Lacedemoniis, vel principari Pittacum, quando
et ipse voluit. Cum autem uterque se ipsum velit, quemadmodum qui in Phenissis, con-
tendunt. Non enim est concordare eundem utrumque intelligere quodcumque, sed in eodem, puta cum et popu-
lus et epyikes optimos principari. Sic enim omnibus fit quod affec-
tant. Politica autem amicicia videtur concordia, quemadmodum et dicitur esse. Circa conferencia enim et que ad vi-
tam conveniunt. Est autem talis concordia in hiis qui epyikes. Isti enim et sibi ipsis con-

cordati et adiutive ... existentes ut dicitur ... non manet voluntates et
non transfluunt quemadmodum euripus volunt quae iusta et conferentia haec autem et communiter appetunt
pravos autem et posse non concordare nisi in parvum quemadmodum et amicos superhabere appetentes
in utilibus in laboribus autem et ministeriis deficientes. Sibi ipsi autem unusquisque
volens haec proximum perscrutatur et prohibet. Si enim non observant commune perditur. Accidit igitur ipsis
discordare adinvicem cogentes ipsos autem non volentes iusta facere.

Benefactores autem beneficiatos videntur magis amare quam bene patientes ope-
rantes et ut praeter rationem factum quaeritur. Pluribus quidem igitur videtur quoniam hii quidem debent,
hiis autem debetur. Quemadmodum igitur in mutuis debentes quidem volunt non esse, qui autem debent ac-
commodantes autem et curam habent debentium salutem, sic et benefacientes velle esse pa-
cientes ut recipiant gratias; hiis autem non curam reddere. Epicharmus quidem igitur forte utique di-
cet haec dicere ipsos ex malo videntes. Assimilatur autem humano; immemores enim multi
et magis bene pati quam facere appetentes. Videbitur autem utique et naturalius esse et non simile quod
circa accommodantes. Non enim est amatio circa illos, sed eius quod est salvari voluntas recuperationis
gratia. Benefacientes autem amant et diligunt benepassos etsi nihil sint uti-
les neque posterius fient utiles. Quod et circa artifices accidit. Omnis enim proprium opus diligit magis
quam diligatur utique ab opere animato facto. Maxime autem hoc forte circa poetas accidit. Super-
diligunt enim utique propria poemata diligentes quemadmodum filios. Tali utique assimilatur et quod
benefactorum. Benepassum enim opus ipsorum. Hoc utique diligunt magis quam opus facientem. Huius autem
causa quoniam esse omnibus eligibile et amabile. Sumus autem actu; vivere enim et operari. Actu utique
autem faciens opus est quodammodo. Diligit utique opus quia et esse. Hoc autem naturale. Quod enim est
potentia hoc actu opus nuntiat. Simul autem et benefactori quidem bonum quod secundum actionem, quare gaudet
in quo hoc; patienti autem nullum bonum in operante, sed si quid conferens. Hoc autem minus de-
lectabile et amabile. Delectabilis autem est praesentis quidem actio, futuri autem spes, facti autem memoria.
Delectabilissimum autem quod secundum actionem et amabile similiter. Facienti quidem igitur quod fecit manet; opus enim bonum
diuturnum; patienti autem utile transit. Et memoria bonorum quidem delectabilis, utilium
autem non omnino vel minus. Expectatio autem contrario videtur habere. Et amatio quidem factioni assimilatur, amari
autem ei quod est pati. Superexcellentibus autem utique circa actionem sequitur amare et ami-
cabilia. Adhuc laboriose facta omnes magis diligunt, puta et pecunias possiden-
tes acquisitores. Videtur utique bene pati quidem illaboriosum esse, benefacere autem operosum. Propter quae et
matres magis amatrices filiorum; laboriosior enim generatio, et magis sciunt quod ipsarum.

Dubitatur autem utrum oportet amare ... Videbitur autem utique et benefactoribus proprium esse
re seipsum maxime vel alium aliquem. Increpant enim eos qui se ipsos maxime dili-
gunt et ut in turpi amatores sui vocant. Videtur autem et pravus sui ipsius gratia omnia
facere, et quanto utique deterior sit tanto magis. Accusant utique ipsum velut quoniam nihil
a se ipso agit. Epiekes autem propter bonum, et quanto utique tanto magis melior propter
bonum et amici gratia. Quod autem sui ipsius praetermittit. Operibus autem hiis

dissonant rationes, non irrationabiliter. Aiunt enim oportere amare maxime amicum. Amicus autem maxime qui
vult cui vult bona illius gratia et si nullus sciet. Haec autem existunt maxime
ipsi ad se ipsum, et reliqua utique omnia quibus amicus diffinitur. Dictum est enim quoniam ab ipso omnia
amicabilia et ad alios pervenit. Et proverbia autem omnia consonant, puta una anima,
et communia quae amicorum, et aequalitas amicitia, et genu tibiae propinquius. Haec enim omnia
maxime ad se ipsum existunt. Maxime enim amicus ipse sibi, et amandum utique maxime se
ipsum. Dubitatur autem merito utris oportet sequi ambobus habentibus fidem.
Forte igitur tales oportet rationes dividere et determinare quantum utrique et qua vere dicunt. Forte
utique fiet manifestum. In obprobrium quidem igitur ducentes ipsos amatores sui vocant
ipsos qui sibi ipsis tribuunt plus in pecuniis et honoribus et delectationibus corporalibus. Haec enim
multi appetunt et student circa ipsa ut optima entia, propter quod et pugnabilia sunt.
Circa haec autem largiuntur concupiscentiis et totaliter passionibus et irrationali animae.
Tales autem sunt multi. Propter quod et appellatio facta est a multo pravo existente. Iuste utique
qui sic philauti exprobrantur. Quoniam autem sibi ipsis tribuentes consueverunt dicere
multi philautos non manifestum. Si enim studeat iusta agere ipse maxime omnium vel tempera-
ta vel quaecumque alia eorum quae secundum virtutes et totaliter semper bonum sibi ipsi acquirat, nullus
dicet philautum hunc neque vituperabit. Videbitur autem utique talis magis esse philautus.
Tribuit enim sibi ipsi optima et maxime bona et largitur sui ipsius principalissimo et
omnia obedit huic. Quemadmodum autem et civitas principalissimum maxime esse videtur et omnis alia consti-
tutio, sic et homo. Et philautus utique maxime qui diligit hoc et huic largitur. Et continens
utique et incontinens dicitur in detinere intellectum vel non, ut hoc uno quoque existente. Et egisse videntur
ipsi et voluntarie quae cum ratione maxime. Quoniam quidem igitur hoc unusquisque est vel maxime non immani-
festum, et quoniam epiekes maxime hoc diligit, propter quod philautus utique erit secundum alteram speciem
exprobrato et differens tantum quantum secundum rationem vivere a secundum passionem, et appetere vel quod bonum
vel quod videtur conferre. Circa bonas quidem igitur actiones differenter studentes omnes recipiunt
et laudant. Omnibus autem contendentibus ad bonum et intendentibus optima agere, et communiter utique
quae oportet omnia erunt et propria unicuique maxima bonorum, siquidem virtus tale. Quare
bonum quidem oportet philautum esse; et enim ipse iuvabitur bona agens et alios iuvabit. Malum autem
non oportet. Ledet enim et se ipsum et proximos pravis passionibus sequens. Pravo quidem igitur dis-
sonant quae oportet agere et quae agit. Omnis enim intellectus eligit optimum sibi ipsi. Epiekes autem obe-
dit intellectui. Verum autem et de studioso et amicorum gratia multa agere et si oporteat mori pro-
iciet enim et pecunias et honores et totaliter circumpugnabilia bona acquirens sibi ipsi bonum.
Paucum enim tempus delectari valde eliget utique magis quam multum quiete, et vivere bene annum
quam multos annos qualitercumque, et unam actionem bonam et magnam quam multas et parvas. Mo-
rientibus autem hoc forte accidit. Eligunt utique magnum bonum sibi ipsis. Et pecunias
proiciunt utique in quibus plura accipiunt amici. Fit enim amico quidem pecuniae, ipsi autem bonum. Magis bonum
igitur sibi ipsi tribuit. Et circa honores et principatus idem modus. Omnia enim amico haec proiciet. Bonum enim

ipsi; et laudabile producens utique studiosus = per omnibus eliget bonum / Contingit
autem et actiones amico gratie et est melius non quod ipsum operari eum amico fieri secundum omnem
utique laudabilis studiosus videtur sibi ipsi boni plus tribuens Sicut quod igitur oportet phila
tum = quemadmodum igitur dictum est ut autem multi non oportet

Dubitatur autem et circa felicem si indigebit amicis vel non Nichil enim aiunt opus = amicis
beatis et per se sufficientibus existunt enim ipsis bona per se sufficientes igitur entes nullo
indigere Amicum autem alterum ente tribuere que per se ipsum non potest unde cum demon quod utique
det non quod opus amicis Assimilatur autem hoc inconvenienti hoc omnia tribuentes bona felici et ami
cos non assignare quod videtur extremus bonorum maxime = Si quod amici magis est benefacere quam pati
et est virtutis actione et boni benefacere aliis melius autem benefacere amicis quam extraneis bene
passis quod non indigebit studiosus Propter quod queritur utique in bonis fortunis magis opus est ami
cis vel in infortuniis ut et infortunato indigente benefactoribus benefortunatis quibus benefacient
Inconveniens autem forte et hoc solitarium facere beatum nullus non eliget utique seipsum habere omnia
bona politicum enim homo et convivere aptus natus et felici utique hoc existit que non necessario bona habet naturaliter
autem quod cum amicis et hiis qui sunt epyikes melius quam cum extraneis et quibuscumque commorari opus est ergo
felici amicis Quid igitur dicunt primi et qualiter verum dicunt vel quoniam multos amicos existimant u
tiles = talibus quidem igitur non indigebit beatus quia bona existunt ei utique hiis que propter delectabile vel
parum delectabilis enim vita eius non indiget superinducta delectatione non indigens talibus amicis
non videtur indigere amicis Hoc autem non est forte verum in principio enim dictum est quoniam felicitas operatio quedam
autem quoniam sic et non existit quemadmodum possessio quedam si autem felix = in vivere est et operari boni autem opus
studiosa et delectabilis per seipsum quemadmodum in principio dictum est est autem et proprium delectabilium speculari autem magis
proximos possumus quam nos ipsos et illorum actiones magis quam proprias studiosorum utique ac
tiones amicorum entium delectabiles bonis ambo enim habent que natura delectabilia beatus utique amicis talibus
indigebit siquidem speculari eliget actiones studiosas et proprias tales autem que boni amici entis
Existimant autem oportere delectabiliter vivere felicem solitario quidem igitur difficilis vita non enim facile
non secundum seipsum operari continue cum aliis autem et ad alios facile Erit igitur operatio magis continua delectabilis
ens per seipsum quod autem oportet circa beatum = studiosus enim secundum quod studiosus hiis que secundum virtutem
actionibus gaudet hiis autem que a malitia tristatur quemadmodum musicus bonis melodiis delec
tatur pravis autem tristatur Fiet autem utique exercitatio quedam virtutis ex convivere bonis quemadmodum et

Naturalius autem intendentibus videtur studiosus amicus ... Theognis ait
studioso natura eligibilis = Natura enim bonum dictum est quoniam studioso bonum et delectabile est per
seipsum Vivere autem diffiniunt animalibus potentia sensus hominibus autem sensus vel intellectus potentia autem ad operationem vel actio
reducitur principale autem in operatione videtur autem vivere = principaliter sentire vel intelligere Vivere autem eorum
per seipsum bonorum et delectabilium determinatum enim determinatum autem est quod boni natura natura autem bonum et epy
kes propter quod videtur omnibus delectabile = Non oportet autem malam vitam accipere et corruptam neque exis
tens in tristitia indeterminata enim talis quemadmodum et natura ipsa in habitis autem de tristiciis erit manifestum Si
autem ipsum vivere bonum et delectabile Videtur autem et ex eo quod omnes appetunt ipsum et maxime epyikes
et beatos hiis vita eligibilior et horum beatissima vita Videns autem quia videt sentit et

audiens quia audit et vadens quia vadit et in aliis similiter est aliquid sentiens quoniam o
peramur quare sentiemus utique quoniam sentimus et intelligemus quoniam intelligimus hoc autem
quoniam sentimus vel intelligimus quoniam sumus esse enim et sentire erat vel intelligere
Vivere autem quoniam vivit delectabilium per se ipsum natura enim bonum vita bonum autem existens in
seipso sentire delectabile eligibile autem vivere et maxime bonis quoniam = bonum est ipsis
et delectabile simul enim sentientes quod per seipsum bonum delectantur Ut autem ad se
ipsum habet studiosus et ad amicum alter enim ipse et amicus quemadmodum igitur seipsum = eli
gibile est vivere sic et amicum vel propinque Esse autem eligibile erat propter sentire ipsum bo
num entem talis autem per se delectabilis per seipsum consentire igitur oportet et amicum quoniam est hoc
autem fiet utique in convivere et communicare sermonibus et mente Sic enim utique videbitur
vivere in hominibus dici et non quemadmodum in pecoribus in eodem pasci Si utique beato = eligibile est per
seipsum bonum natura ens et delectabile proximum autem et quod amicus est et amicus eligibilium erit Oportet
autem est ipsi eligibile et hoc oportet existere ipsi vel erit indigens eo propter quod oportet felici amicis studiosis

Utrum autem igitur quam plurimos amicos faciendum vel quemadmodum in peregrina
tione preclare dictum est = videtur neque multum peregrinus neque non peregrinus neque et in amicitia con
gruere neque non amicum neque rursus multum amicorum per superhabundantiam In hiis quidem igitur qui ad utilitatem
et omnino videbitur congruere quod dictum est multis enim retribuere laboriosum est et vita non
est sufficiens ad hoc agentibus plures quam qui ad propriam vitam magis superflui et impeditivi
ad bene vivere nichil igitur opus est ipsis Sed qui ad delectationem sufficiunt pauci quemadmodum in cibo
= delectamentum Studiosos autem utrum plures secundum numerum vel est quedam mensura et a
micabilis multitudinis quemadmodum civitatis Sed enim ex decem hominibus fit utique civitas neque ex decem my
riadibus adhuc civitas est Quantum autem forte non est forte unum aliquid sed omne intermedium quoddam determinato
rum et amicorum utique est quedam multitudo determinata forte et quoniam plures cum quibus utique poterit
quis convivere hoc enim videbatur amicabilissimum = quoniam autem non possibile multis convivere et distri
buere seipsum non immanifestum Adhuc autem et illos oportet amicos = ad invicem esse si debent = et omnes
invicem commorari hoc autem operosum in multis existere Difficile sit gaudere et condolere mul
tis familiariter verisimile enim accidere simul huic quidem condelectari huic autem contristari Forte igitur
bene habet non querere ut multum amicissimum = sed tot quot ad convivere sufficientes Neque enim contingere vi
debitur utique = multis amicum valde propter quod neque amare plures superhabundantia enim quedam = vult esse
amicitia hoc autem ad unum et valde utique ad paucos Sic autem videtur habere et in rebus Non
fiunt enim amici multi secundum ethayricam amicitiam hympnizate autem in duobus dicuntur polifili autem et
omnibus familiariter pacientes nulli videntur amici esse preter politice quos et vocant placidos
Politice quidem igitur in multis = est amicum et non placidum entem sed ut vere epyeikea propter virtutem
autem et propter seipsos non est ad multos amabilem esse et paucos invenire tales

Utrum autem in bonis fortunis amicis opus est magis vel in infortuniis In ambobus enim re
quiruntur et infortunati indigent auxilio et fortunati convictoribus et quibus benefaciant

[illegible]

volunt in bono operari. Secundum nichil enim utique infortuniis quam utilibus opus; et melius autem in bonis fortuniis. Propter quod et epyikes convocant hos. Eligibilius enim beneficiare et cum hiis conversari. Est autem et presencia ipsa amicorum delectabilis et in bonis fortuniis et in infortuniis. Alleviantur enim contristati condolentibus amicis. Propter quod et utique dubitabit aliquis utrum quemadmodum gravedinem consumunt, vel hoc quidem non, presencia autem ipsorum delectabilis existens et intelligencia eius quod condolere minorem tristiciam facit. Siquidem igitur propter hoc vel propter aliud alleviantur, dimittatur. Accidere autem igitur videtur quod dictum est. Videtur autem presencia mixta quedam ipsorum esse. Ipsum quidem enim videre amicos delectabile aliterque infortunatis, et fit quedam auxilium ad non tristari. Consolativum enim amicus et visione et sermone, si sit epydexius. Novit enim morem et in quibus delectatur et tristatur. Tristari autem sentire ipsum infortuniis eius qui amicus, tristabile. Omnis enim fugit tristicie causa esse amicis. Propter quod viriles quidem secundum naturam veriti sunt contristari amicos ipsis, et si non superexcedat tristicia, cum quod illis fit tristicia non sustinet totaliter, et complorantibus non complacet, propter non esse ipse ploraticus. Mulierculae autem et tales viri congemiscentibus gaudent et amant ut amicos et condolentes. Imitari autem oportet in omnibus videlicet meliorem. In bonis autem fortuniis amicorum presencia conversacionem delectabilem habet et intelligenciam quoniam delectantur in ipsius bonis. Propter quod videbitur utique oportere ad bonas fortunas quidem vocare amicos prompte; beneficum enim esse bonum. Ad infortunia autem pigre tradere; oportet enim minime communicare malorum. Unde hoc proverbium: sufficienter ego infortunatus. Maxime autem advocandos amicos cum debent pauca magna ipsum iuvare. Venire autem contrario forte congruit ad infortunatos quidem non vocatum prompte. Amici enim beneficiare, et maxime hiis qui in necessitate et hec non dignificantibus; ambobus enim melius et delectabilius. Ad bonas autem fortunas cooperantem quidem prompte, et enim ad hec necessitas amicorum. Ad bonam passionem autem pigre; non enim bonum promptum fieri iuvari. Opinionem autem delectationis in maiori forte verendum; quandoque enim accidit. Presencia itaque amicorum in omnibus utique eligibilis videtur.

Utrum igitur quemadmodum amantibus videre delectabilissimum est et magis eligunt hunc sensum quam alios, ut secundum hunc maxime amore ente et facto, sic et amicis eligibilissimum convivere. Communicatio enim amicicia. Et ut ad seipsum habet, sic et ad amicum. Circa seipsum autem sensus quoniam est eligibilis, et circa amicum utique. Operatio autem fit ipsius in convivere, quare congruenter hoc appetunt. Et quod utique est singulis esse vel cuius gratia eligunt vivere, in hoc cum amicis volunt conversari. Propter quod hii quidem compotant, hii autem colludunt, alii autem congymnazantur et convenantur et conphilosophantur singuli, in quo maxime diligunt eorum que in vita; convivere enim volentes cum amicis, hec faciunt et hiis communicant quibus existimant convivere. Fit igitur pravorum quidem amicicia mala; communicant enim malis instabiles existentes, et mali autem fiunt assimilati adinvicem. Epyikorum autem epyikes, coaucta colloquiis. Videntur autem et meliores fieri operantes et dirigentes adinvicem. Recipiunt enim ab invicem quibus complacent. Unde bonorum quidem sumuntur a bonis. De amicicia quidem igitur in tantum dictum est.

[illegible marginal glosses]

·X·L·

Post hec autem de delectatione sequitur pertransire. Maxime enim videtur cooptari nostro generi. Propter quod erudiunt iuvenes gubernantes delectatione et tristicia. Videtur autem et ad moris virtutem maximum esse gaudere quibus oportet et odire que oportet. Pertendit enim hec per omnem vitam, momentum habentia et potentiam ad virtutem et felicem vitam. Delectabilia quidem enim eligunt, tristia autem fugiunt. Pertransibit autem nequaquam videbitur de talibus, et maxime cum multam habeant dubitationem. Hii quidem enim bonum delectationem dicunt, hii autem contrario valde pravum; hii quidem forte persuasi sic et habere, hii autem existimantes melius esse ad vitam nostram enunciare delectationem pravorum, etsi non est; inclinare enim multos ad ipsam et servire delectationibus, propter quod oportere in contrarium ducere; venire enim utique sic ad medium. Ne forte autem hoc non bene dicitur. Qui enim in passionibus et actionibus sermones minus sunt credibiles operibus. Cum igitur dissonent hiis que secundum sensum, contempti et verum coassumunt. Vituperans enim delectationem, visus autem appetens aliquando, videtur ad ipsam inclinari tamquam talem existentem omnem. Determinare enim non est multorum. Videntur igitur veri sermonum non solum ad scire utilissimi esse sed ad vitam. Consonantes enim operibus creduntur. Propter quod provocant intelligentes vivere secundum ipsos. Talium quidem igitur sufficienter; que autem de delectatione superferantur.

Eudoxus quidem igitur delectationem putabat bonum esse propter omnia videre appetentia ipsam et rationalia et irrationalia. In omnibus autem esse eligibile epyikes et maxime potissimum. Omnia autem ad id ferri ostendere optimum omnibus esse; unumquodque enim sibi ipsi invenire quemadmodum et cibum. Quod autem omnibus bonum et quod omnia appetunt, esse bonum. Credebantur autem sermones propter morum virtutem magis quam propter ipsos. Differenter enim videbatur temperatus esse. Non utique ut amicus boni hec dicere, sed ut ita habere secundum veritatem. Similiter autem existimabat esse manifestum ex contrario. Tristiciam enim secundum seipsam omnibus fugiendam esse; similiter utique contrarium eligibile. Maxime autem eligibile quod non propter alterum nec alterius gratia eligimus. Tale autem confessum esse delectationem. Nullum enim interrogare cuius gratia delectatur, ut secundum seipsam existente delectatione eligibili. Apposita autem cuicumque bonorum eligibilius facere, puta ei quod est iustum agere et temperatum esse. Augeri autem quod bonum ipsum ab ipso. Videtur autem iste sermo bonorum ipsam enunciare, et nichil magis altero. Omne enim cum altero bono eligibilius quam solitarium. Tali utique sermone et Plato interimit quoniam non est delectatio ipsum bonum; eligibiliorem autem esse cum prudencia delectabilem vitam quam sine. Si autem mixtum melius, non esse delectationem ipsum bonum; nullo enim apposito ipsum bonum eligibilius fieri. Manifestum autem quoniam neque aliud nullum ipsum bonum utique erit, quod cum aliquo secundum seipsum bonorum eligibilius fit. Quod igitur tale est, quod et nos communicamus? Tale autem queritur. Instantes autem quoniam non bonum quod omnia appetunt, non utique dicunt. Que enim omnibus videntur, hec esse dicimus. Interimens autem hanc fidem non omnino credibiliora dicet. Siquidem enim que sine intellectu appetunt ipsa, erit utique quod dicitur. Si autem et que sapiunt, qualiter dicent utique aliquid? Forte autem et in pravis est aliquod naturale bonum melius quam secundum se ipsa, quod appetit proprium bonum. Videtur autem neque de contrario bene dici. Non enim aiunt, si tristicia malum, delectationem bonum esse. Opponi enim et malum malo et ambo ei quod neutrum, dicentes hoc autem non male, non tamen in hiis quidem dictis verum dicentes. Ambobus enim existentibus malis et fugienda oportuit ambo, neutrum autem neutrum similiter. Nunc autem videntur hanc quidem fugientes ut malum, hanc autem eligentes ut bonum; sic utique et opponuntur.

Ipsa tamen si non qualitates neque delectatio; neque enim bonorum, sed neque virtutis operationes qualitates sunt, neque felicitas. Dicunt autem bonum quidem determinatum, delectationem autem indeterminatam, quoniam recipit magis et minus. Si quidem igitur ex delectari hoc iudicant, et circa iustitiam et alias virtutes, secundum quas manifeste aiunt magis et minus quales esse secundum virtutes, erit idem: iusti enim sunt magis et fortes; est autem et iuste agere et temperate agere. Si autem delectationibus, ne forte non dicunt causam, si sunt hee quidem impermixte, hee autem mixte. Quid enim prohibet, quemadmodum sanitas determinata existens recipit magis et minus, sic et delectationem? Non enim eadem commensuratio in omnibus, neque in eodem una quedam semper, sed remissa permanet usque ad aliquid et differt in magis et minus. Perfectum quoque ponentes bonum, motiones autem et generationes imperfectas, delectationem motionem et generationem ostendere temptant. Non bene autem videntur dicere neque esse motum; omni enim proprium videtur esse velocitas et tarditas, et si non secundum se ipsum, puta que mundi, ad aliud. Delectationi autem horum neutrum existit. Delectari quidem enim est velociter quemadmodum irasci; delectari autem non, neque ad alterum; ire autem et augeri et omnia talia. Transmutare quidem igitur in delectationem velociter et tarde est; operari autem secundum ipsam non est velociter, dico autem delectari. Et generatio qualiter utique erit? Videtur enim non ex quocumque quodcumque fieri, sed ex quo fit, in hoc dissolvi; et cuius generatio delectatio, huius utique corruptio tristitia.

Et dicunt autem tristitiam quidem indigentiam eius quod secundum naturam esse, delectationem autem repletionem. Hee autem corporales passiones sunt. Si utique est eius quod secundum naturam repletio delectatio, in quo repletio, hoc utique delectabitur; corpus ergo; non videtur autem. Neque igitur est repletio delectatio, sed facta repletione delectabitur utique aliquis, et decisus contristabitur. Opinio autem hec videtur facta esse ex hiis que circa cibum tristitiis et delectationibus. Indigentes enim facti et tristati delectantur repletione. Hoc autem non circa omnes accidit delectationes. Sine tristitia enim sunt mathematice, et earum que secundum sensus, que per olfactum, sed et auditiones et visiones multe, et memorie et spes. Cuius autem hee generationes erunt? Nullius enim indigentia facta est cuius fiat utique repletio. Ad proferentes autem exprobratas delectationum dicet utique aliquis quoniam non sunt hee delectabilia. Non enim si male dispositis delectabilia sunt, existimandum ipsa et delectabilia esse preter hiis, quemadmodum neque laborantibus sana vel dulcia vel amara, neque rursus alba que videntur pacientibus optalmiam. Vel sic utique dicetur, quoniam delectationes quidem eligibiles sunt, non tamen ab hiis, quemadmodum et ditescere prodendo non, et sanum esse non tamen quodcumque comedentem. Vel specie differunt delectationes. Alie enim que a bonis ab hiis que a turpibus, et non est delectari ea que iusti non entem iustum, neque ea que musici non entem musicum, similiter autem et in aliis. Manifestare autem videtur et amicus alterum ens ab adulatore non existentem bonum delectationem vel differentes specie. Hic quidem enim ad bonum colloqui videtur, hic autem ad delectationem; et hic quidem vituperatur, hunc autem laudant ut ad alia colloquentem. Nullus utique eliget vivere puerilem mentem habens per vitam, delectatus in quibus pueri complacent maxime, neque gaudere faciens quid turpissimorum, nequaquam debens tristari. Et circa multa studium faciemus utique et si nullam inferat delectationem, puta videre, recordari, scire, virtutes habere. Si autem ex necessitate sequuntur hiis delectationes, nihil differt; eligemus enim utique hec, et si non fiet utique ab hiis delectatio. Quod quidem igitur neque delectatio bonum, neque omnis eligibilis, manifestum videtur, et quoniam sunt quedam eligibiles secundum se ipsas,

differentes specie vel a quibus. Que quidem igitur dicuntur de delectatione et tristitia sufficienter dicta.

Quid autem est vel quale quid manifestius utique fiet a principio resumentibus. Videtur enim visio secundum quodcumque tempus perfecta esse; non enim est indigens nullo quod posterius factum perficiet speciem ipsius. Tali autem videtur et delectatio; totum enim quoddam est, et secundum nullum tempus accipiet utique delectationem cuius in pluri tempore facta perficietur species. Propter quod neque motus est. In tempore enim omnis motus et finis alicuius, puta edificativa perfecta cum faciat quod appetit, vel in omni tempore utique hoc. In partibus autem temporis omnes imperfecte et altere specie a tota et ab invicem. Est enim lapidum compositio altera a columpne virgatione, et hec a templi factione; et templi quidem perfecta, nullo enim indigens ad propositum; fundamenti autem et sculpture imperfecta, partis enim utraque. Specie igitur differunt, et non est in quocumque tempore accipere motum perfectum specie, sed si quidem in toto. Similiter autem et in ambulatione et reliquis. Si enim est latio motus unde quo, et huius differentie secundum species, volatus, ambulatio, saltatio et talia. Non solum autem sic, sed et in ipsa ambulatione; hoc enim unde quo non idem in stadio et in parte, et in altera et in altera parte; neque pertransire lineam hanc et illam; non enim solum lineam pertransit, sed et in loco existentem, in alio autem hec ab illa. Per certitudinem quidem igitur in aliis de motu dictum est. Videtur autem non in omni tempore perfectus esse, sed multi imperfecti et differentes specie, siquidem quod unde quo specificat. Delectationis autem in quocumque tempore perfecta species. Manifestum igitur quod altera erunt ab invicem, et totorum aliquid et perfectorum delectatio. Videbitur autem utique hoc et quia non contingit moveri non in tempore, delectari autem; quod enim in ipso nunc, totum aliquid. Ex hiis autem manifestum quoniam et non bene dicunt motum vel generationem esse delectationem. Non enim omnium hoc dicitur, sed partibilium et non totorum. Neque enim visionis est generatio, neque puncti, neque unitatis, neque horum nullus motus neque

Sensus autem omnis ad sensibile operantis, perfecte autem bene dispositi ad pulcherrimum eorum que sub sensu iacent. Tale enim maxime videtur perfecta operatio esse; ipsum autem dicere operari vel in quo est nihil differat. Secundum unumquodque optima est operatio optime dispositi ad potissimum eorum que sub ipso. Hec autem utique perfectissima erit et delectabilissima. Secundum omnem enim sensum est delectatio, similiter autem et intellectum et speculationem; delectabilissima autem perfectissima, perfectissima autem que bene habentis ad studiosissimum eorum que sub ipsa. Perficit autem delectatio operationem. Non eodem autem modo delectatio perficit et sensibile et sensus studiosa existentia, quemadmodum neque sanitas et medicus similiter causa est eius quod est sanum esse. Secundum unumquemque autem sensum quoniam fit delectatio manifestum; aimus enim visiones et auditiones esse delectabiles. Manifestum autem et quoniam maxime cum et sensus sit potissimus et ad tale operetur. Talibus autem existentibus sensibili et sensitivo semper erit delectatio, existente faciente et passuro. Perficit autem operationem delectatio non sicut habitus qui existit, sed ut superveniens quidam finis, velut iuvenibus pulchritudo. Usquequo utique sensibile vel intelligibile sit quale oportet, et discernens vel speculans, erit in operatione delectatio. Similibus enim existentibus et ad invicem eodem modo habentibus et passivo et factivo, idem aptum natum est fieri.

Qualiter igitur continue nullus delectatur vel laborat? Omnia enim humana non possunt continue operari. Non fit igitur neque delectatio; sequitur enim operationem. Quedam autem delectant nova existentia, posterius autem non similiter propter hoc; primum quidem enim deliciatur et intense operatur circa ea

operantur quas sine visu apprehendentes; perfecta autem non fit talis operatio, sed negligentia neglec-
ta, propter quod et delectatio obscuratur. Appetere autem delectationem existimabit utique aliquis omnes,
quoniam et vivere omnes appetunt. Vita autem operatio quedam est, et unusquisque circa hec et hiis operatur
que et maxime diligit, puta musicus quidem auditu circa melodias, amator autem disci-
pline circa theoremata, sic autem et reliquorum unusquisque. Delectatio autem perficit operationes,
et vivere autem quod appetunt. Rationabiliter igitur et delectationem appetunt; perficit enim uni-
cuique vivere eligibile ens. Utrum autem propter delectationem vivere eligimus vel propter vivere delectationem,
dimittatur in presenti. Coniugari enim hec videntur et separationem non recipere; sine operatione enim non fit delectatio,
omnemque operationem perficit delectatio. Unde et videntur specie differre. Altera enim specie ab alteris existimamus perfici. Sic enim et naturalia
et que ab arte, puta animalia et arbores et picture et ymagines et domus et vas. Similiter autem
et operationes differentes specie a differentibus specie perfici. Differunt autem que mentis ab hiis que secundum
sensum, et hee ipse secundum species; et perficientes utique delectationes. Apparebit autem hoc et ex coappropriari
unicuique delectationum operationi quam perficit. Coauget enim operationem propria delectatio; magis enim
singula iudicant et certius exquirunt cum delectatione operantes, puta geometrici fiunt gau-
dentes eo quod geometrizare, et intelligunt singula magis. Similiter autem et amatores musice et
amatores edificativi et aliorum singuli augmentant ad proprium opus gaudentes ipso.
Coaugent autem delectationes, coaugmentativa autem propria. Alteris autem specie et propria altera specie. Adhuc autem
magis hoc utique apparebit ex eo quod ab alteris delectationes impeditivas operibus. Amatores
enim fistulandi non possunt sermonibus attendere si audiant fistulantem, magis gaudentes fistula-
tiva quam presenti operatione. Secundum fistulativam igitur delectatio eam que circa sermonem operationem corrumpit.
Similiter autem hoc et in aliis accidit cum simul circa duo operetur; delectabilior enim alteram expellit, et
si multum differat secundum delectationem magis, ut neque operetur secundum alteram. Propter quod gaudentes quibuscumque vehe-
menter non omnino operamur alterum, et alia facimus aliis quiete placentes, puta in thea-
tris tragematizantes, cum pravi agonizantes sunt, maxime tunc hoc operantur.
Quia quidem propria certificat operationes et diuturniores et meliores facit, aliene autem
afficiunt mala, quia multum distat. Fere enim aliene delectationes faciunt quod proprie tri-
sticie; corrumpunt enim operationes proprie tristicie, puta si cui scribere indelectabile et triste, vel ratiocina-
ri; hic quidem non scribit, hic autem non ratiocinatur, tristi existente operatione. Accidunt utique circa operationes contraria
a delectationibus et tristiciis propriis. Proprie autem sunt que in operatione secundum seipsam fiunt. Aliene autem
delectationes dicte sunt quoniam proprium tristicie quid faciunt; corrumpunt enim, non tamen similiter. Differentibus autem
operationibus epyikia et pravitate, et hiis quidem eligibilibus existentibus, hiis autem fugien-
dis, hiis autem neutris, similiter habent et delectationes; secundum unamquamque enim operationem propria delectatio
est. Que quidem igitur propria studiose epyikes, que autem prave mala. Et enim concupiscentie bonorum quidem lau-
dabiles, turpium autem vituperabiles. Magis autem proprie operationibus que in ipsis delectationes
concupiscentiis; hee quidem enim distincte sunt temporibus et natura, hee autem propinque operationibus et indis-
crete sic ut habeant dubitationem si idem est operatio delectationi. Non tamen videtur delectatio mens esse
neque sensus; inconveniens enim. Sed propter non separari videntur quibusdam idem. Quemadmodum igitur operationes altere, et delectatio-

nes. Differt autem visus a tactu puritate, et auditus et olfactus a gustu. Similiter utique differunt
et delectationes, et ab hiis que circa mentem, et utreque ab invicem. Videtur autem esse unicuique animali et delectatio propria
quemadmodum et opus; que enim secundum operationem. Et speculanti hoc utique apparebit. Altera enim
delectatio equi et hominis et canis, quemadmodum Eraclitus ait asinum fenum utique eligere magis quam aurum;
delectabilius enim nutrimentum auro asinis. Que quidem igitur differentium specie differunt specie; eas autem
que eorundem indifferentes rationabile esse. Differunt autem non parum in hominibus; eadem enim hos quidem delectant, hos autem
contristant, et hiis quidem tristia et odibilia sunt, hiis autem delectabilia et amabilia, et in dulcibus hoc
quidem accidit; non enim eadem videntur febricitanti et sano, neque calidum debili et bene se habenti. Simi-
liter autem et in aliis hoc accidit. Videtur autem in omnibus talibus esse quod videtur studioso. Si autem hoc bene dicitur, quemadmodum
videtur, et est uniuscuiusque mensura virtus et bonus secundum quod talis, et delectationes utique erunt que huic videntur, et delecta-
bilia quibus iste gaudet. Que autem huic tristia si hec appareant delectabilia, nichil admirabile; multe enim
corruptiones et nocumenta hominum fiunt; delectabilia autem non sunt, sed hiis et sic dispositis. Confes-
sas quidem igitur turpes manifestum quod non dicendum delectationes esse, preterquam corruptis. Earum autem que videntur epyike-
um que vel quam dicendum hominis esse? vel ex operationibus manifestum? hiis enim sequuntur delectationes. Sive utique una est sive plures
que perfecti et beati viri, has perficientes delectationes proprie dicentur hominis; relique autem secundo et multipliciter, quemadmodum et operationes.

Capitulum 2

Dictis utique hiis que circa virtutes et amicitias et delectationes, reliquum de felicitate typo
pertransire, quoniam finem ipsam ponimus humanorum. Resumentibus autem predicta, compendiosi-
or utique erit sermo. Diximus autem quoniam non est habitus; et enim dormienti per vitam existeret utique,
plantarum viventi vitam, et infortunato maxime. Si utique hec non placent, sed magis in operationem quandam
ponendum, quemadmodum in hiis que prius dicta sunt; operationum autem hee quidem sunt necessarie et propter alia eligibiles,
hee autem secundum seipsas; manifestum quod felicitatem earum que secundum seipsas eligibilium aliquam ponendum et non
earum que propter aliud. Nullius enim indigens felicitas, sed per se sufficiens. Secundum seipsas autem sunt eligibiles
a quibus nichil queritur preter operationem. Tales autem esse videntur que secundum virtutem actiones; bona enim et studiosa
agere eorum que propter seipsa eligibilium. Sed et ludorum delectationes; non enim propter alia ipsas eligunt; leduntur
enim ab ipsis magis quam iuvantur, negligentes corpora et possessionem. Refugiunt autem ad tales
conversationes felicitatorum multi, propter quod apud tyrannos approbantur talibus conversationibus eu-
trapeli; quorum enim appetunt, in hiis seipsos prebent delectabiles. Indigent autem talibus. Videntur quidem igitur felici-
tativa hec esse, quia qui in potentatibus hiis vacant. Nichil autem forte signum tales sunt;
non enim in potentare esse virtus neque intellectus, a quibus studiose operationes. Neque si ingustabiles isti entes delectatio-
nis sincere et liberalis ad corporales refugiunt, propter hoc existimandum has eligibiliores esse. Et enim pueri
que apud eos preciosa optima existimant. Rationabile autem quemadmodum pueris et viris altera videntur
preciosa, sic et pravis et epyikes. Quemadmodum igitur multotiens dictum est, et preciosa et delecta-
bilia sunt que studioso talia existentia; unicuique autem que secundum propriam habitum eligibilissima operatio, et studioso que
secundum virtutem. Non in ludo igitur felicitas. Et enim inconveniens finem esse ludum, et negociari et mala
pati per vitam omnem ludendi gratia. Omnia enim ut est dicere alterius gratia eligimus preter felicitatem;
hec enim finis. Studere autem et laborare ludi gratia insipiens et puerile videtur valde. Ludere autem
ut studeat, secundum Anacharsim, recte habere videtur; requiei enim assimilatur ludus. Impotentes autem conti-

nue laborare requie indigent. non utique finis requies fit. non gratia operationis. Videtur autem feli-
citas vita secundum virtutem. Hec autem cum studio sed non in ludo. Meliora quoque dicimus studiosa ridiculis
et cum ludo et melioris semper particule et hominis studiosioris operationem. que autem melioris melior
et felicior iam. Potietur utique corporalibus delectationibus quicumque et servilis non minus optimo.
felicitatis autem nullus servili tribuit si non et vitam. non in talibus deductionibus feli-
citas sed in hiis que secundum virtutem operationibus quemadmodum et prius dictum est.

Si autem felicitas est secundum virtutem operatio rationabile secundum optimam. hec autem utique erit optimi. sive
utique intellectus hoc sive aliquid aliud quod utique secundum naturam videtur principari et ducere et intelligentiam habere
de bonis et divinis sive divinum et ipsum sive eorum que in nobis divinissimum. huius operatio secundum propriam vir-
tutem erit utique perfecta felicitas. quoniam autem speculativa est dictum est. Confessum utique videbitur et
hiis que prius et vero. optima nam hec est operationum. et intellectus eorum que in nobis et cognoscibi-
lium circa que intellectus. Est autem continuissimum speculari et non possumus continue magis quam la-
borare quecumque. Existimamus quoque oportere delectationem admixtam felicitati. delectabilissima autem earum que
secundum virtutem operationum que secundum sapientiam confessa est. Videtur igitur philosophia admirabiles delectationes habere
puritate et firmitate. rationabile autem scientibus quam querentibus delectabiliorem conversationem esse. Et
que dicitur autem per se sufficientia circa speculativam maxime erit. Ad vivere quidem necessariis et sapiens et
iustus et reliqui indigent. talibus autem sufficienter largitis iustus quidem indiget ad quos iuste
operabitur et cum quibus. similiter et temperatus et fortis et aliorum unusquisque. Sapiens autem et secundum se ipsum ens
potest speculari et quanto utique sapientior et magis. melius autem forte cooperantes habens. sed tamen
per se sufficientissimus. Videbitur autem ipsa sola utique propter se ipsam diligi. nichil enim ab ipsa fit
preter speculari. ab operabilibus autem vel plus vel minus acquirimus preter actionem. Videturque felicitas
in vacatione esse. non vacamus enim ut vacemus et bellamus ut pacem ducamus. Practicarum
quidem igitur virtutum in politicis vel bellicis operationes. que autem circa hec actiones videntur non vacantes
esse bellice quidem et omnino. nullus enim eligit bellare eius quod est bellandi gratia neque preparare bel-
lum. videretur utique omnino sanguinarius quis esse si amicos impugnatores faceret ut pug-
ne et occisiones fierent. Est autem et que politici non vacans et preter ipsum civiliter conversari ac-
quirens potentatus et honores vel magis felicitatem ipsi et civibus alteram entem a poli-
tica quam et querimus manifeste ut alteram entem. Si utique earum quidem que secundum virtutes actionum politice et
bellice pulchritudine et magnitudine precellunt. hee autem non vacantes et finem aliquem appe-
tunt et non propter se ipsas sunt eligibiles. intellectus autem operatio studio differre videtur speculativa ens et
preter ipsam nullum appetere finem. habereque delectationem propriam. hec autem coauget operationem
et per se sufficiens utique et vacativum et illaboriosum ut humanum et quecumque alia beato attribu-
untur que secundum hanc operationem apparent et perfecta utique felicitas hec utique erit hominis accipiens longitudinem
vite perfectam. nichil enim eorum imperfectum que felicitatis. Talis autem utique erit melior vita quam secundum
hominem. non enim secundum quod homo est sic vivet sed secundum quod divinum aliquid in ipso existit. quanto autem differt
hoc a composito tanto et operatio ab ea que secundum aliam virtutem. Si utique divinum intellectus ad hominem
et que secundum hunc vita divina ad humanam vitam. Oportet autem non secundum suadentes humana sapere

hominem entem neque mortalia mortalem sed in quantum contingit immortalem facere et omnia facere ad
vivere secundum optimum eorum que in ipso. si enim et mole parvum est potentia et preciositate multo
magis superexcellit omnibus. Videbitur autem utique et unusquisque esse hoc siquidem principale et melius. Inconveni-
ens utique erit igitur si non suam ipsius gratia vitam eligat sed alicuius alterius. quod et dictum prius congruet
et nunc. quod enim proprium unicuique natura optimum et delectabilissimum est unicuique. et homini utique que secundum intellectum vi-
ta siquidem hoc maxime homo. hic ergo et felicissimus. Secundo autem que secundum aliam virtutem. que enim secundum hanc
operationes humane. iusta enim et fortia et alia que secundum virtutes ad invicem agimus in commutationibus
et necessitatibus et actionibus omnimodis et in passionibus que decet unicuique observantes. Hec autem videntur
omnia humana esse. quedam autem et accidere a corpore videntur et multum coappropriari passionibus moralis virtus.

Coniugata est autem prudentia morali virtuti et hec prudentie siquidem prudentie principia secundum
morales virtutes sunt. rectum autem moralium secundum prudentiam. Copulate autem hee et passi-
onibus circa compositum utique erunt. compositi autem virtutes humane et vita utique que secundum has et felici-
tas. que autem intellectus separata. tantum enim de ipsa dictum est. certius enim dicere maius proposito est.

Videbitur autem utique et exteriori largitione in parvum vel in minus indigere morali. necessariis
quidem enim ambobus ex equo opus sit et si magis laborat circa corpus politicus et quecumque talia
parvum utique quid differt. ad operationes autem multum differt. liberali quidem enim opus est pecuniis ad agere libe-
ralia et iusto utique ad retributiones. voluntates enim immanifeste sunt et non iusti simulant velle iusta
agere. forti autem potentia siquidem perficiat aliquid eorum que secundum virtutem et temperato potestate. qua-
liter enim manifestus erit vel hic vel aliorum aliquis. Queritur autem utrum principalius virtutis electio
vel actiones ut in ambobus existentis. perfectum utique manifestum quod in ambobus utique erit. ad actio-
nes autem multis opus est et quanto utique maiores sunt et meliores pluribus. Speculanti autem nul-
lo talium ad operationem necessitas sed ut dicatur et impedimenta sunt ad speculationem. secundum autem
quod homo est et pluribus convivit eligit que secundum virtutem agere. opus habebit talibus ad humaniter conversari.

Perfecta autem felicitas quoniam speculativa quedam est operatio et hinc utique
apparebit. Deos enim maxime suspicati sumus beatos et felices. actiones autem quales
attribuere debitum ipsis. utrum iustas vel ridiculi apparebunt commutantes et deposita
dantes et quecumque alia talia. sed fortes sustinentes terribilia et periclitantes quoniam bo-
num. vel liberales. cui autem dabunt. Inconveniens autem et si erit ipsis numis-
ma vel aliquid tale. Si autem temperati utique erunt vel onerosa laus quoniam non ha-
bent pravas cupiditates. pertranseuntibus autem omnia apparebunt utique que circa actiones et
indigna diis. sed tamen et vivere omnes suspicati sunt ipsos et operari igitur. non enim dormire
quemadmodum Endimiona. viventi autem ab agere utique ablato adhuc autem magis a facere quid reli-
quitur preter speculationem. quare dei operatio beatitudine differens speculativa utique erit. et humanarum utique
que autem huic congenerissima felicissima. Signum autem et non participare reliqua animalia felicitate
hac operatione privata perfecte. diis quidem enim omnis vita beata. hominibus autem in quantum similitudo quedam talis
operationis existit. aliorum autem animalium nullum felix quoniam nequaquam communicat speculatione. in quantum
utique tendit speculatio et felicitas. et quibus magis existit speculari et felices esse non secundum

actiua s3 speculatiue h n p seipm honorabilis 3 q est utiq felicitas sie

Opus aut erit r extrinseca prosperitate hoi enti sto. Celato qd

n p se sufficiens speculari s3 oz r corp' sanu3 r cibu r reliquu famulatu

existe / n tn existimand multis r magnis idige futuru felice / si n est

sn exterioribz bonis btm = n n i superhabundatia p se sufficiens nq iudicium n3

actio / possibile aut r n principes tre r maris age bona / r n a mo

datis pot' utiq aliqs age s'm uirtute h aut 3 vide maxie / ydiote n pote

tibz n min' vnt' studiosa age s3 r mg' / suffic' aut tanta existe erit n

vita felix s'm uirtute operantis / Et solo aut forte felices enunciauit bn

dices hys q medocriter exteriorib' dictatos agentes optia ut existimabat operate

Existit n moderata possidentes age q oz / vr' aut r anaxag n diuite nq pote

te existimare felice dices qm n utiq amirabi' sibi yens appareat multis

n n iudicant hys q ext h sentientes solu / Consonare utiq videntur vnt' sa

pientu opiones / fidem q ig r talia hnt qmd / vm aut i operabilibus ex

opib' r uita iudicat' in hys n dnans intende aut pd'a oz ad opa r uita

inferentes r consonantibz q opibz acceptandu dissonantibz aut sermones

suspicandu / S'm intellem aut operans r hunc curans r dispositus optie r deo

amantissim' vr' = si n qda cura humanoz a dys sit qmad vr' r ert utiq

roble r gaude ipos optio r cognatissio h' aut utiq ert itelle r diligentes

maxie h' r honorantes rebnfacere ut amicis ipos curatis r recte r bn operan

tes / Qm aut h oia sapienti maxie existit n imanif' deo amantissim' g' / eu aut

conuenies r felicissim' q r utiq sic erit sapies maxie felix. C

Utru ig' si r de hys uirtutibz adhuc aut r amicitia r de delectatione sufficienter

dictu 3 in typis sicam hre electione existimandu / Vel quemadm' i operabili

bz finis speculari singla r cognoscere s3 mg' operari ipa n' n' d uirtute suffi

ciens operari scire s3 hre r uti tempetandu vel si aliqliter boni fiat alr sint

/ Siq ig' = nt sermones p se suffic'es ad facere studiosos multas utiq' m'

cedes r magnas ferret iuste s'm theognm r oportet utiq has tribuere nu'c

aut vnt' puocare q r mouere iuuenu liberales posse sermones

r more nobile r vere amare bonu facere utiq' h'aretedoc' faciunt

uirtute / Multos aut non posse ad bonitate puocare / n n nati sunt

verecundie obedire s3 timori / neq recede a prauis ppter turpe s3 ppter penas /

passione n uiuentes proprias delectatiônes persequ't' / fugiunt aut oppositas

tristicias / boni aut n r ut vere delectabl' nq itellem h3 n gustantes existentes

tale aut utiq' qs sermo transformabit n n posse uel n facile q ex antiq' 3

consuetudinibz comprehensa sermone transmutare / amabile aut forte 3 si omi

bz existentibz p que epyikes uidem' fi / accipiamus uirtute / Fieri aut

bonos existimant hy q natura / hy aut consuetudine / hy aut doctrina / Quod ig' n' nature

q n i nobis erit s3 p aliquam diuina cam in ut vere bn fortunatis existit / Ser

mo aut r doctrina nq n oibz pot' s3 opus 3 p'parata = consuetudinibz auditoris

anima ad bn gaude r odire qmad terram nutriente semen / Non n utiq au

dict sermone amoneste nq intelligz q s'm passione uiuit sic aut hnte

qualr posst persuade / Totalr aut n vr' sermoni obedire passio s3 violentie

Opz utiq' more pexiste aliqualr ppu uirtutis diligete bonu r aspnate

turpe / Ex iuuene aut ductore recta forti ad uirtute difficile n a talibz nu

trit legibz / Temperate n uiuere r perseuanter n delectabile multis alr q r iuuni

bz / ppter q legibz oz ordinata = nutritione r adinuentiones / Non n erunt tri

sta consuetudinalie facta / Non sufficit aut forte iuuenes existentes nutriti

one r cura forti recta s3 q vir fcm oz adducre ipa r assuesci r etia h d

digebim' legibz r totalr utiq = oem vita / multi n necesi magis obediut qm

sermoni r iacture q bono / ppter qd existimant qda legispositores oz q aduoca

re ad uirtutem r puocare bonu gra / n obedietibz hy q epyikes consuetu

dinibz precedentibz / inobedientibz aut r d gniorbz existentibz r penas r punitiones

apponere / insanabiles aut totalr expellere / epyikea qdem n r ad bonu uiuete

sermoni obedire / prauu aut delectationem appetente tristicia puniri qmad subiugale

ppter qd aiut oportere tales tristicias q maxie contrariant' amatis delectationibz /

ig' qmad dem 3 futurm felice oz nutriri bn oz r assuesci / Deinde sic i stud

adinuentionibz studiosis viuere r nq nolentes nq uolentes age praua oz h aut utiq'

fiet uiuetibz s'm quemdam intellem r ordinatione hnte uirtute forti / Principatus q'

ig' patris n h3 forte nq coactiua nq utiq totalr q vnis viri n regis existentis

uel alicui tal' lex aut coactiua nq h3 potentiam sermones ab aliq prudentia r intellem

hoi q decaduut contrarias motibz r si recte ipm operent' lex aut n 3 ho

nerosa precipiens epyikes / In sola aut lacedomonioz ciuitate cu paucis

legispositoz curam vr' fecisse r nutrimentis r adinuentionu / In plurbz aut ciuitat

neglectum 3 d talibz r uiuit vnusqsqz ut vult cyclopyde tenuisse

r de puez r uxoris / Optimum q si conuenit curam r rectam r operari ipm

posse / Comuiter aut neglectibz vnicuiq' videbit' conuenire suis filys r amicis

ad uirtutem conferre r elige q maxie aut utiq h posse vr' ex dicis legispositi

factus / Comunes q n curas qm p leges fiunt epykes p studiosas scriptas

aut uel n scriptas utiq n' videbit' differre nq p qs vnus uel plres erudi

ent' qmad nq in musica exercitatia r i alys studiis qmad nq i ciuita

tibz preualere hnte legalia r mores / sic r idomibz patrum sermones et

mores r adhuc mg' ppter cognatione r bnficia precer existunt n diligentes r

facile aut obedientes / Adhuc aut r diuiduntur s'm vnumq'que disciplinae quam

non quemadmodum in medicinalibus? universaliter quidem enim febricitanti confert abstinentia et quies, alicui autem forte
non; et pugil forte non omnibus eandem pugnam inducit. Certius autem utique videbitur
unumquodque utique, propria cura facta magis; nam convenientem potius unusquisque sortietur. Sed cura optime
fiet quidem et a medico et gymnastico et omni alio sciente quid omnibus vel talibus; aliquid
communis enim scientie dicuntur et sunt. Non solum sed unius cuiusdam nihil forte prohibet bene
curare et non scientem, considerantem autem diligenter accidentia in unoquoque propter experien-
tiam, quemadmodum et medici videntur quidam sui ipsorum optimi esse, aliis autem utique nihil potentes sufficere. Nihil autem mi-
nus forte volenti artificem fieri et speculativum ad universale vadendum esse videbitur utique, et illud
cognoscendum qualiter contingit. Dictum enim quoniam circa hoc scientie. Forte autem utique volenti per curam
meliores facere sive multos sive paucos legispositivum temptandum fieri, si per leges
boni fiemus utique. Quemcumque enim et propositum disponere bene non est cuiusvis, sed si quidem aliquis, sci-
entes quemadmodum in medicina et reliquis quorum est cura aliqua et prudentia.

Igitur post hec intendendum unde vel qualiter legispositivus fiet utique? Vel quemadmodum in aliis a
politicis? particula enim videbatur esse politice. Vel non simile videtur in politica et reliquis sci-
entiis et potentiis? In aliis quidem enim videntur ipsi potentias tradentes et operantes ab ipsis, puta me-
dici, pictores; politica autem repromittunt quidem docere sophiste, agit autem ipsorum nullus, sed
civiliter conversantes, qui videbuntur utique potentia quadam hoc agere et experientia magis quam men-
te. Scribentes enim neque dicentes de talibus videntur, quamvis melius erat forte quam sermones iudiciales
et contionatos; sed rursus politicos facientes suos filios vel aliquos alios ami-
corum. Rationabile autem erat, siquidem poterant; neque enim melius civitatibus reliquerunt utique, neque sibi ipsis existe-
re eligerent utique magis tali potentia, neque utique amicissimis. Non tamen parum videtur experientia confer-
re; neque enim utique fierent per politicam consuetudinem magis politici. Propter quod desiderantibus de poli-
tica scire opus esse videtur experientia. Sophistarum autem repromittentes valde videntur longe esse
a docere. Totaliter enim neque quale quid neque circa qualia sciunt. Non enim utique eandem rethorice neque
deteriorem ponerent, neque utique existimarent facile esse leges ponere congregantes approbatas
legum. Eligere enim esse optimas, quemadmodum neque eligere intellectus et iudicare recte
maximum, quemadmodum in hiis que secundum musicam. Experti enim circa singula iudicant recte
opera, et per que vel qualiter perficiuntur intelligunt, et que qualibus concordant. Inex-
pertis autem amabile non latere vel bene vel male factum opus, quemadmodum in pictura. Leges autem
politicas operibus assimilantur. Qualiter igitur ex hiis legispositivus fiet utique, aut
optimas iudicare? non enim videntur neque medicinales ex conscriptionibus fieri. Quamvis temptent
dicere non solum curationes, sed et ut sanentur utique et ut oportet curare singulos, dividentes
habitus. Hec autem expertis utilia esse videntur, nescientibus autem inutilia. Forte
igitur et legum et politiarum congregationes potentibus quidem speculari et iudicare quid bene
vel contrarie et qualia qualibus congruunt utilia utique erunt. Hiis autem qui sine habitu
talia pertranseunt iudicare quidem bene non utique continget, nisi quam a casu; intelli-
gibiliores autem ad hec forte utique fient. Relictis igitur a prioribus de legisposi-

tione ipsos intendere magis melius forte, et totaliter utique de politica, ut
ad posse que circa humana philosophia perficiatur. Primum quidem igitur si quid sic particulariter dictum bene a pro-
genitoribus temptemus pertransire. Deinde ex congregatis politiis speculari que salvant
et corrumpunt civitates et que singulas politiarum, et propter quas causas hee quidem bene
hee autem contrarie civitates aguntur. Consideratis enim hiis forte utique magis conspiciemus
et que politia optima, et qualiter unaqueque ordinata, et quibus legibus et consuetudinibus
utens. Dicamus igitur incipientes.

Explicit textus Ethicorum

~~Explicit textus Ethicorum~~

Yconomica et politica differunt non solum quantum domus et civitas
(hec enim subiecta sunt eis), verum et quia politica quidem ex multis principatibus,
yconomica monarchia. Artium quidem igitur alique sunt distincte et non
eiusdem facere et uti eo quod factum est, ut lira et fistula. Politice vero
est et civitatem ab initio bene constituere et existente uti bene. Quare palam quia et yco-
nomice sit acquirere domum et uti ea. Civitas quidem enim est
domorum pluralitas et prediorum et possessionum habundans ad bene
vivendum. Palam enim quia, quando nequeunt hoc habere, dissolvitur civi-
tas et communitas. Amplius autem gratia huius convenit; cuius autem gratia unumquodque est et
fit, et substantia est eius hoc. Quare palam quia yconomi-
ca prior est politica, et eius opus; pars enim civitatis est domus. Quare considerandum de yco-
nomica et quid sit opus eius. Partes vero domus homo est et possessio.
Cum autem primo in minimis natura singulorum reperiatur, et de domo utique simi-
liter. Quare secundum Esiodum oportebit utique domum primum esse et do-
mum uxorem et bovem aratorem; hoc quidem enim nutrimenti causa primum, illud
autem gratia liberorum. Quare oportet utique que circa uxorem tractata sunt
bene disponere; hoc autem est quale oportet eam instruere. Possessionis autem
prima cura est ea que secundum naturam. Laboratoria secundum naturam autem georgica prior, et secunda que a
terra, ut metallica et si qua alia talis. Georgica autem maxime
quia iusta; non enim ab hominibus neque volentibus sicut caupona et mercennarie, neque nolentibus sicut bellice. Amplius
autem et eorum que secundum naturam; natura namque est ab ipsa nutrimentum omnibus
est, quare et hominibus a terra. Amplius autem ad fortitudinem multum efficit;
non enim sicut fabriles corpora inutilia faciunt, sed potens facit pati algere
et laborare. Amplius autem periclitari adversus hostes. Horum
enim tantum possessiones sunt extra domum. Hominum vero de coniuge prima cura.
Communicatio namque viri et femine est per naturam. Sup-

Capitulum 1m

Capitulum 1m

po(st)m(odum) quidem in animalibus magis quam mixta homo naturaliter
affectus operari s(cilicet) et alium coniugem impossibile enim feminam sine mas-
culo et masculum sine femina hoc efficere. Dicit de necessitate eorum consis-
tit in civitate societas. In aliis quippe animalibus non absolute
hoc consistit et magis non participat mutuum solum dominus quam prout pro-
creandum. In viris autem et prudentioribus magis et de articulatum
apparet autem magis auxilia facta et amicitie et cooperationes ad in-
vicem. In homine tamen magis quam non solum essendi gratia et bene essendi
gratia quidem cooperatores invicem masculus et femina sunt et hominibus
filiorum natura non inceptum tantum nec solum sed et utilitas. Que enim
potentes fecerunt ut auxilium reportent ab impotentibus et enim
in senio impotentes effecti. Simul autem et natura replet hac pe-
riodo semper esse tamen particulariter nequeat per speciem tamen sic por-
dinata fuit utriusque natura a deo masculi et femine ad communitatem.
Natura enim assumpta utile ostendit hoc scilicet ad contraria
quidem ad alterum quidem virum quantum ad quidem vero fortis ad uxorem fragilis
ut ipsa magis se custodiat per timorem ipse vero vindicat per forti-
tudinem quam foris sunt ipse vero salutem que sunt intus et ad opera om-
nia quidem oportet potens esse nec robustissimum vero ad exteriora opera
debile ipse vero ad quietem deterius ad motum vero salubrius.
Et de filiis quidem generationem propriam utilitate vero omnes homines
quidem non nutrire homines non docere [illegible] quidem leges et pro
ad uxorem non iniuriantur sic enim utilibus neque ipse iniuriam pa-
cietur et omnis lex sequitur sic et Pythagorici dicunt tamquam
famulam ductam declarare nequaquam decet [illegible] iniuria
iniuriam quidem enim commitantes vel quoscumque foris fiunt
decoitum vero nec indigere neque tamquam absentium abstinere
non posse sed sic uti quod sufficiat presente et non presente. Bene et-
iam quod et Hesiodus dicit oportet puellam ducere et doceat bonos
mores natura dissimilitudines morum nequaquam laudabile. De
ornatu vero etiam nec moribus sunt oportet elatos invicem appropinquare
